Alexãder de Imola. ¶Et ita ibi tenet Alexan. de Imo. dicens veritatem esse quod vterq; admittatur per.l.ij.§. hereditas. ff. de suis & legiti. &.l. cum inter. C. de fideicom. liberta. quia si diceremus neminem admitti resultaret iniquitas/ scilicet q̃ secundo genitus esset melioris conditionis q̃ illi duo primogeniti. Nec obstat q̃ regnum non capit duos: quia respondet non esse inconueniens q̃ administretur per duos: dummodo nõ diuidatur secundum glos. In dicta clementi. romani de iureiu. & i.c. non autem. & idem prorsus tenuit idem Alexan. in.l. qui filiabus §. si quis Ita. columna secunda circa fi. versi. quid si statutum disponat q̃ primogenit⁹ & ff. de lega. primo.

Felinus. ¶Cũ hac etiã opinione tenet Feli. in.c. capitulum sancte crucis columna antepenultima. de rescrip. extra vbi simpliciter refert Alexã. in.d.l. ex duobus & cum eo transit. Idem etiam tenuit dominus meus dominus Iason in d.l. si extraneus. ff. de conditio. causa data. columna quarta. vbi dicit/ q̃ stante consuetudine q̃ primogenitus succedat in regno si contingat reginam vno partu duos parere ambo equaliter admittũtur licet (dicit ipse) Bal. aliter senserit in lege. In quibus. C. de secun. nup. vt infra dicemus.

Do. Iason de mayno.

Secunda opinio principalis. Io. ã Imo ¶Secunda fuit opinio/ q̃ neuter sit dicendus primogenitus. & huius opinionis fuit Io. de Imo. in dicta lege ex duobus. ff. de vulga. & pupill. substi. ad prin. contra Bal. & Ange. supra relatos. Et hoc quia regnum est indiuisibile iuxta notata in.c. licet de voto. extra: &.l. fi. ff. de rerum diuisione. & ita mutuo se impediunt per.l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. Idẽ videtur voluisse ipse Io. de Imo. in.c. iudicãte de testa. extra in questione de duobus currentibus ad brauium qui eodem tempore ad brauium peruenerunt / dicens q̃ nullus admittitur istorum quia concursu se impediunt secundum Iaco. de arena in prima constitutione digestorum nisi aliud haberet consuetudo/ quia seruãda esset. l. minime. ff. de legi. Et ita tenuit Alberi. de rosa. In questionibus statutarijs questio. cvj. & sequen. vbi ad plenum tangit & tandem se resoluit / q̃ nullus habeat brauium credens hanc opinionem de stricto iure veriorem/ licet communiter contrarium videatur seruari de consuetudine. Et ita videtur in proposito cum brauium primogeniti sit ius primogeniture quod videtur consequi quia primo mundum ingressus/ sicut miles qui primo castrum ingreditur. de quo tamen infra latius dicetur.

¶De materia autem brauij vide Alexan. & communiter doctores in dicta lege. qui filiabus. §. primo. ff. de lega. primo & amplissime per Antonium Corsettum in suo tractatu de brauio.

Tertia opinio p̃ncipalis. ¶Tertia fuit opinio q̃ sit ad iudicium sortis recurrendum. de hac opinione vide Io. and. in Rub. de feudis. in addi. ad specu. colũna quinta. dicens se audiuisse in aliquibus locis seruari / q̃ hi duo qui de primogenitura contendunt in rebus indiuisibilibus debent questionem iudicio sortis dirimere. que opinio & obseruantia an sit iuri cõsona infra discutiemus.

Quarta opinio pricipalis Io. and. ¶Quarta opinio fuit/ q̃ sit locus gratificationi inter istos contendentes. Et ita tenuit Io. And. in dicta Rubrica de feudis per.l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de lega. secundo cũ alijs iuribus per eum allega. & hoc secundum eum quando agitur de re indiuisibili feudali.

Baldus Hanc etiam opinionem tenuit Bal. sibi contrarius in.l. In quibus. C. de secun. nup. versi. materia huius legis facit in prima lectura illius tituli dicit ibi Bal. q̃ in illa lege probatur q̃ genitor possit eligere quis eorum possit eẽ rex/ & ita simpliciter transit Alexan. sibi etiam contrarius in.l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. In addi. ad Bartho. in verbo. & ponuntur hic. ¶Franciscus de aretio in.d.l. ex duobus. ff. de vulga. & pupill. substitu. colũna secunda in fi. reiecta ista differentia: An regnũ sit feudale vel non / dicit q̃ superior debet preferre illum in regno qui est magis idoneus & magis sufficiens. Argu.l. si plures.

Alexander de Imola. Franciscꝰ de aretio.

ff. de accusa. c. si duo. §. fi. de procurato. in. vj. Si autem nō possit apparere quis sit sufficiētior quod facile potest cōtingere si filij essent infantes & tunc superior debebit gratificare & erit in eius potestate eligere quem voluerit. arg. c. duobus. §. fi. de rescrip. in. vj. &. d. l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de lega. secūdo subiungens q̄ gratificatio debet pertinere ad electionē regi: & dicit q̄ ista gratificatio est de necessitate & debet fieri vni ex illis primogenitis simul contendentibus. secundum nota per Bartho. in. l. prima. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & esti. se remittens ad ea que plene scripsit i. l. si mihi & titio. ff. de verbo obliga. Nec obstat tex. in. d. l. si quis seruum. §. si inter duos qui videtur velle quod illa gratificatio non sit de necessitate: quia respondet Franciscus in. d. l. ex duobus. colūna tertia. Faciens hanc notabilem considerationem/ q̄ aliquādo incertitudo causatur in gratia consequēda seu in lucro respectu personarum & hec gratificatio pertiet ad eum qui representat personam ipsius sicut est heres qui representat personam testatoris/ & tunc ille talis non tenetur gratificare si non vult & sic p̄cedit tex. in. d. l. si inter duos cum simi. Aliquando ille qui habet gratificare nō est causa immediata beneficij consequendi sed immediate beneficium habetur ab alio/ vel ille qui habet gratificare non concedit beneficium sed procedit per viam iustitie: & tunc debet de necessitate gratificare. l. si quis in graui. §. si cū oēs. ff. ad silla. In casu aūt nostro succedentes in regno aut alia dñatione ratione iuris primogeniture habere vidētur istud beneficium a patre per medium successionis & ita videtur q̄ iste pater gratificare possit alteri de quo infra latius dicetur vbi ponetur resolutio huius questiōis que in p̄nti agitat.

An & qñ gratificatio sit necessitatis.

¶ Ex precedentibus videmus ergo quattuor esse principales opiniones circa hanc materiam descendam⁹ igit̄ ad particularem examinationē cuiuslibet. ¶ Questio septima.

¶ Vtrum in partu gemio vtriq; debeatur ius primogeniture.



Rima est opinio principalis q̄ vterq; istorum contendentium de primogenitura cōtendentium admittendus sit. Et mouentur principaliter tenentes hanc opiniōem per tex. in. l. qui filiabus. §. primo. ff. de lega. primo. & per tex. in. §. discipuli in prohe. digestoꝝ. &. l. ex duobus. ff. de vulga. & pupill. cum aliis supra allega.

¶ Pro confirmatione huius opinionis adduco tex. in lege tertia. ff. de adimē. lega. vbi habetur/ q̄ si aliquis legauerit duobus titijs certum quid & deinde vni sub incerto ademerit propter incertitudinem ademptio cassatur & vterq; legatum pro rata accipit. Sic in proposito licet per natiuitatem duorum vni/ licet sub incerto In hoc casu videatur facta ademptio iuris primogeniture: quia tamen est incertum cui videtur q̄ vterq; equaliter succedere debet.

Cōfirmatio prime opiniōis.

¶ In contrarium tamen & pro confutatione huius opiniōis adduco notabile dictum Bal. in auctentica ex testamento. C. de colla. colūna fi. versi. decimum octauum capitulū/ vbi formaliter dicit q̄ ea que veniunt ad filios iure primogeniture conferenda nō sunt quia ea forma deferuntur vt non diuidātur. Nam talia iura non recipiunt separatiōem. Et ideo ea conferri impossibile est: pro hoc adducit tex. in argu. in. l. quedam mulier. ff. fami. herciscun. &. l. carmelia. pia. ff. de Iure patro. c. licet. extra de voto. c. Qī periculosum. septima questione prima. Et ita videtur/ q̄ ius primogeniture ad plures deferri non possit. Et licet Bal. ibidem dicat: q̄ in casu nostro quando scilicet sunt duo de primogenitura contendentes q̄ propter istud dubium apud ambos simul residere debeat administratio dominij vel imperij. iuxta nota. per eum in lege Arethusa ff. de statu. homi. Nec est (vt ipse refert. nouum duos simul imperium administrare c. non autem. septima questione prima. Tamen hoc vltimū non videtur esse verum (salua semper dignitate viri) quia est cōtra illud euangelium. Omne regnum inter se diuisum desolabitur/ & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Matthei duo decimo. pro quo facit illud Senece/ Tragœdia viij. Nec regna socium ferre/ nec tede sciunt Idem in tantalo Tragœdia secunda vbi dicit. Nō capit regnum duos. Et pro hoc vide Sozi. in consiliis nouis in primo volumine. cōsi. lxxxviij. vbi tenet q̄ si feudum pertineat ad duos fratres & in inuestitura illius feudi dicatur q̄ minor natu alterutrius suc edat in feudo si isti fratres duos filios primogenitos habeant non pertinebit feudum tale ad vtrosq; primogenitos: sed ad vnum tan-

Contra primam opinionem.

De vnitate principatus.

tū illorum & hoc precipua illa ratiōe quia regnum non capit duos & diuisione ipsius feudi contingeret ipsum diminui & destitui. Aliam etiam rationem notabilem ponit quia verbum primogenit⁹ erat positū in singulari: & ita non primogeniti sed vnus primogenitus succedere debet: quam rationē nota pro consuetudinibus in quibus hodie communiter fit mētio de primogenito in singulari numero vt infra dicere poterim⁹ lib. ij. Hec autem ratio in proposito optime facit maxime quia in materia odiosa numer⁹ singularis nō resoluitur in pluralem. Bartho. in l. j. §. sed si Incertum. ff. de vētre in possess. mitten. facit tex. in l. ij. ff. de libe. & posthu. materia autē diuisionis est odiosa signanter in proposito vt supra deduxim⁹. ergo &c. Et licet Bal. vbi supra scilicet in. d. aucten. ex testamento dicat esse speciale in papatu siue apostolatu: vt scilicet administratio non diuidatur in plures propter articulum fidei quo cauetur vnā sanctam: & cetera de quo in extrauagan. vnam sanctā de maio. & obe. Tamen idem videtur etiam in alijs principatibus temporalibus, p quo sine mendicatis suffragijs. vide tex. formalem in. c. In apibus. vij. questione prima. vbi ad litteram dicit text. In apibus princeps vnus & grues vnam sequuntur ordine litterato ipator vnus iudex vn⁹ puicie. Subiūgit etiam multum notabiliter: q; roma condita duos fratres simul habere reges nō potuit & parricidio dedicat. In rebecce vtero Esau & Iacob bella gesserunt. Ecce vides per illum text. aureum q; (quicquid dicat tex. in l. fi. ff. de rerum diuisione) si regnum daretur administrandum duobus fratribus fratricidij crimē & maxima reipublice desolatio dominādi ambitu exoriri facile possit. Legim⁹ etēm varijs annalium monumentis fratres fratribus etiam partu distinctos cruentas mutuo audacius manus iniecisse regnandi singulari affectiōe. Quod vberrime testatur Herodianus ille grec⁹ mira Angeli politiani industria purgatissime traductus vbi libro quarto de Antonino & geta fratribus sic inquit. Ita consecrato parente reuersi domum iuuenes discordias quotidie & simultates exercere insidiari inter se moliri parare oīmbus modis atq; ea modo vterq; in animo habere: quib⁹ alter dolo caperetur. Postremo quacunq; via grassari ad singulare imperium ac nihil inuicem pretermittere dum consortem potestatis expungerent. & paulopost subiūgit q; irrupto fratris scilicet gete cubiculo nihil eum tale expectantem supra matris pectus multo vndantem sanguine seuus Antoninus obtruncat si a romana historia ad nostratium annalia penetrare vis pernicios issima gallici regni in Clodouei filios partitio horrēda q; Clotarij i nepotes inhumanitas grauē huiusmodi diuisionis iacturam locupletissime testabūtur. Quod innumeris pene etiam veterum scriptorum historijs (nisi a munere nostro alienum videretur) discurrere liceret.

Nota historiā romanam.

Nota gallicā historiam.

¶ Quantum autem ad nos spectare dignoscitur iuridice hec administrationis dualitas alijs etiam rationibus improbatur. Nam cōmunio parit discordiā. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. secundo cum simi. ¶ Item repugnat appellationi imperatoris. Nā imperator dicit Augustus ab augendo dicunt doctores institutarij in princi. Institutionū. Sed vbi esset principum aut imperatorum pluralitas imperatores non vere aut effectualiter Augusti nomen haberent. quod enim commune est negligitur text. in l. ij. C. quando & quibus. quarta pars debetur libro. x. vbi dicit tex. Naturale quippe vitium est negligi quod cōmuniter possidetur: vt se habere nihil qui non totum habeat arbitretur. Deniq; suam quoq; partem corrumpi patitur: dum inuidet aliene. Et ita dictum Bal. supra relatum q; scilicet sit speciale in apostolatu procedere non potest. Nec satisfacit Alexan. in d. l. ex duobus in fi. princi. ff. de vulga. & pupill. substi. vbi ad illud quod regnum est indiuisibile & q; regnum non capit duos: Respōdet hoc verum esse quādo in duos diuideretur: secus autē si per duos administraretur. Quia vt patet ex predictis minus sufficiens est talis responsio salua reuerētia tanti patris quia equaliter si attendatur exoriri potest iactura ex diuisione administrationis / quod ex supra relata Antonini & Gete historia cōstare potest. Nam licet mortuo patre eorū Seuero imperij administratio diuideretur sic vt Antoninus europam / Getha Asiam p̄sequeretur. non tamen inter hos fratres mutuo extinctum fuit odium donec Antoninus fratris Gete parricidio singulare p̄rsus imperiū vēdicaret. Identidē de Clotario supradicto cū fratribus & nepotibus accidit. Et ideo glos. in d. c. in apibus referens de duobus imperatoribus supaddidit de facto innūes id iuris dispositioni extrariū hāc declarationē ponit Alberic⁹ de rosa. in l. bene a Zenone. C. de quadriē. p̄scrip. col. ij. vbi formaliē q̄rit: vtrū possiteē duo ipatores eodē tpe. Et prio arguit q;

Cōio parit discordiam.

Quod cō mune est negligi.

Declaratio illi⁹ dicti: regnū non capit duos.

sic p.l. fratres.ff.de pe.&.l.diui fratres.ff.de iure patro.Sed tamen in contrarium resident/ quia ad imperium. Ideo deuentum est vt reipublice per vnum consulatur.l.ii.§.nouissime ff.de origi.iu. Et ad iura supra allega. respondet q fuerūt imperatores successiue & ita dicebam cuidam alleganti.l. antiqui. ff. si pars heredi.petatur ad probandum de iure plures fratres senatores eē posse vt de Oratijs in illa l.dicitur qui tres fuerunt immo sex vt ibi dicit glo.secūdū aliquos q illi Oratij potuerūt senatores esse successiue vel ex dispensatione principis vt hodie videmus in curia parlamē tea seruari ꝓpter regiā ordinationē obsistētē.

De duobus fratribus senatoribus

¶Adde ad predicta prepositum in.d.c.nunc autem vbi de alberico nuper relato mentionem facit dicens non obstare q hodie duos habeamus imperatores scilicet theutonicum & ꝙstantinopolitanū.c.solite de maio. & obe. quia talis cōstantinopolitanus non est imperator sed hereticus & scismatic9 cum ecclesiā romanā nō secundū Hugo & adducit.c. venerabilem iuncta glo.de elec. extra que dicit q talis dicitur imperator sicut rex scacorum est rex.& paulopost fortius subiūgit prepositus q imperator non potest aliquid facere ꝓ quod monarchia imperij eneruetur:vt in pri. digestorū & institutionū. Recedendo autē ab vnitate imperij monarchia destruitur quia nō admittit monarchia consortem in regimine: vt late per eundem prepositum.xv.distin.co lū.iiij.ibi.tertio premitto & ita etiam ipse imperator non posset sibi eligere cōsortē imperij immo multoforti9 nec electores. Et de exemplis gentilium quorum imperatores sibi consortes imperij assumpserunt/dicit nō esse curandum : quia tunc non agnoscebant verā xp̄i fidem nec papam suum vicariū. imo aliq eorum seuissime sunt persecuti pontifices& xp̄ianos. Ita notabiliter voluit p̄po. vbi supra.

De Constātinopolitano imperatore.

Non p̄t dari consors in imperio.

¶Et licet precedentia de dignitate iperiali & regia dicta sunt tamen idem videtur dicēdum in quolibet alio habēte dignitatē vel administrationem. In aliquos subditos si ex diuisione illius dignitatis aut administrationis subditi pateretur discrimē aut iacturam & ꝓ hoc ad duco bonū tex.i.c. Ista nomia xxiij.q. iiij.vbi dr/ q eadem est ꝓportio de diuite erga familiam suam quam regit/paupere ad domum suam/patre ad prolem suam: Iudice ad prouinciam sicut de rege ad gentem suam & per illum tex. Hostiē. in lecturis suis in.c. venerabilem de elec. extra in verbo germanos dicit.q quilibet rex dicitur erga res suas & in domo sua quod/dicit ipse) quidē Anglicanus rusticus habitans in foresta ostendit Regi anglorum Richardo / quod gr̄aliter dictum explanat ibi Io.and.& Panor.post eum dicens. q cum quidā ruralis receptasset in domū suā regem anglie Richardum incognitū qui venationi aut aucupationi intentus instāte temporis discrimine exercitum suū perdiderat. Et cum nollet obedire rustico in lotione manuū vel secundū aliquos cum rex vellet se p̄ferre illi in mēsa rustic9 regi alapā dedit dicens q qlibet rex est i domo sua. Rex autē postea inuitato rustico ad Palatiū talionem reddere cupiebat:sed rusticus in oibus regi parēs regem fefellit. Accedat ad predicta quod dicit Bal. super salutatiōe Decretaliū.col.iiij.q doctor inter suos discipulos est quidam regulus.

Nota facetum.

Doctor inter discipulos est quidā regulus.

¶Nunc respondendum est ad allegata ꝓ hac prima opinione. Et primo non obstat text. in d.l.qui filiabus.§.j. ff. de lega.prio.quia si consideretur ille tex. potius facere videtur cōtra hāc opinionem. dicit enim ibi text. in fi. q ita accipiendum est nisi sit euidens cōtraria sententia testatoris. Similiter dicendum est in ꝓposito per illū tex. in fi. q si diceremus duos obtinere ius primogeniture esset contra mentem statuti aut cōsuetudinis: q intellexit de vno primogenito tantummodo alias non eēt vera lex ꝓpter absurditatem resultantem ex diuisione:vt supra declarauim9. Lex eni debet esse honesta/ iusta/ possibilis secūdū naturam & secundū consuetudinem patrie loco tē poriq; conuenies necessaria:& vtilis non ꝓ priuato cōmodo:sed ꝓ cōmuni omniū vtilitate cōscripta. vt dicit tex. notabi.& formalis in.c.erit autem lex.iiij.dist.& ideo dicunt docto. in.d.l.qui filiabus.§.j.q tex. ille procedit in rebus diuisibilibus secus in indiuisibilibus vt in ꝓposito puta i iure primogeniture. Ad .l.ex duobus.ff.de vulga.& pupill.dic secundum Io.de Imo.ibidem.

Subsantialia legū

¶Sed fortius obstare videtur tex. quē supra allegabamus de.l.iij.§.fi duob9 ticijs.ff.de admen.lega.qui profecto videt multū vrgere. Nam ibi ꝓbatur q ademptio incerta facit vt vtriq; legatum debeatur nō obstāte adēptione sic videtur in duobus cōtēdentib9 de primogenitura propter incertitudinem quis eorum sit primogenitus. Pro solutiōe alij dicūt vt refert ibi glo.q corrupte habetur i illo tex. vtriq; ne obstet ille tex.l.si fuerit.ff.de rebus dubijs. Tamen glo.ibi non se resoluit cum illa solutione & declaratione. Tenendo litterā prout iacet cōmuniter/scilicet vt ibi sit vtriq;

Quilibet rex est i rebus suis.

Respondet Bartho. in. d. l. si fuerit. q; ibi fuit vna res legata tantūmodo in. d. ante. l. si fuerit plures legate fuerunt.

¶ Considera licet docto. ibi non aduertāt q; vera solutio esse videtur / q; aliud est in. d. l. iij. §. si duob⁹ titijs. quia in. l. si fuerit agitur de Iure querendo. & in. d. l. iij. §. si duobus agitur de Iure quesito conseruando / que cōseruatio longe fauorabilior est pro quo adduco bonū tex. i. l. in. c. quod super his de accu. extra vbi habetur q; crimen probatum per modū exceptionis impedit ꝓmouendum sed nō iam ꝓmotum. Facilius enim quis excluditur a iure querendo q̄ a iure quesito vt ibi no. Io. de Aua. per. c. penul. & fi. de preben. in. vj. & totum ti. de clerico egrotante.

Fauorabilius est ius quesitū q̄ querendum.

¶ Adde que late cumulant per feli. in. c. que in ecclesiarū de cōstitu. extra colū. xvj. versi. primo / quia in multis casibus. Q; autem in d. §. si duobus ticijs agatur de Iure quesito cō seruando probatur quia ademptio legati presuppōit iam factum legatū. priuatio enī presupponit habitū. c. ad dissoluendum. extra de desponsa. impube. l. decem. ff. de verbo. obli. cum simi. & q; illam differentiam voluerit ille tex. in. d. §. si duob⁹ ticijs clarum est vnicuiq; intuenti. dicit enim ibi tex. Si duobus ticijs separatim legauerit & vni ademerit nec appareat cui ademptū sit vtrisq; legatū debeā q̄admodum & in dando. i. in querendo si non appareat cui datum sit dicimus neutri legatum sunt verba. tex. & sic dictio quēadmodum ibi posita significat similitudinem per cōtrarium sicut in simili dicitur in sacra scriptura: vt refert glo. que vt plurimū est corrupta secundum Albe. de rosa. ibidem debet enim eē illud euangelicum filij recordare quot accepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala & de ista similitudine per cōtrarium. vide remissiones per eum. Et ita in ꝓposito nostro probatur q; non debeatur vtiq; ius primogeniture cum agatur de iure querendo / cogita tamen quia in. d. §. si duobus tēpore ademptionis nondum videtur ius quesitū actualiter sed tantum habitualiter.

Priuatio pſuppōit habitum.

¶ Nec obstat q; voluit glo. in. d. cle. romani de iureiu. que dicit q; duob⁹ electis in discordia in imperatorē vterq; administrat / de qua glo. meminit de Albe. de rosa. i. l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescrip. Quia dicendū est q; illa consuetudo non multum probatur apud bonos & graues cū possit eē seminariū quoddā infinitorū bellorū & nō quod fit inspiciendū est sed quod fieri debet. c. officij de elec. extra. l. sed licet. ff. de offi. presi. vbi dicit tex. non tam spectandū est quod rome factū est sed quod fieri debuit. & ideo dicit Bal. in ꝓhe. decre. in verbo rex pacificus. col. ij. post oldra. consi. xxj. q; si sit scisma in ꝑio neuter interim potest efficaciter administrare & dare priuilegium aliquod. hoc tamen latiꝰ ꝓsequitur vt videre potes per eū. Adde Alberi. de rosa. in. d. l. bene a zenone. col. ij. versi. quid si duo forte electi in discordia vbi arguit in partes & ibi tandem concludit cū oldra / q; effectus concessionis dependet ex euē tu: scilicet illius qui succūbit vel obtinet. arg. l. iur. nostro. ff. de testa. intell. cū alijs pluribꝰ allega. per eum signāter: quia non est eadem prīcipis & ꝓ prīcipe se gerētis administratio. l. ij. ff. de eo qui ꝓ tuto / nec in hoc multum ad ministratio facit quem constat ius nō habere l. actuarios. C. de numer. lib. xij. & cū liq̄at ex euentu veritas tandem cōstat a non prīcipe sed a tyranno concessum. ideo null ū per l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. & ita non multum laudatur p̄dicta cōsuetudo quia indulgentia & concessione principis iuuari debemus non decipi. c. vno de ꝓmoda. extra. c. fi. de priuile. extra. Tamē pro predicta glo. in d. cle. romāi de iureiu. facit q̄d dicit Bal. in. c. imperialem. §. preterea ducatus de ꝓhibi. feu. aliena. p federi. q; licet ꝓhibeatur diuisio ducatus vel dignitatis iter plures heredes tamē valet consuetudo in oppositū subijciēs q; nulla est positiua lex que non possit cōtraria cōsuetudine tolli. & de hoc dicto Bal. meminit Panor. in secunda parte consilio. consi. iij. col. xviij. vbi dicit q; licet non debeat fieri translatio a principe de maiori feudo in minꝰ: tamē valeret in francia attento q; reges frācie omni die consueuerunt vasallos suos q̄uis inuitos transferre in pares vel in minores Baronias. & ita dicit in francia seruari. & ꝓ p̄dicta consuetudine adducit tex. in. l. vēditor fūdi. §. primo. ff. cōia p̄dio. vt ꝓbatur q; consuetudo potest preiudicare iuri proprio & singulari. Adducit etiam Panor. vbi supra Bal. in. c. vnico. §. in eadē. de lege corrardi in versi. feudo: vbi dicit Bal. q; licet de iure cōi iurisditiones non possunt vēdi quia publici iuris sūt & estimationem nō capiunt maxime merū impetum quod exercetur in personas quarū nulla est estimatio. l. liber homo. ff. ad. l. aqui. Tamen per consuetudinē contrariū est vsurpatū. & ita quotidie videmus castra & villas vēdi & emi cum mero & mixto imperio & omnimoda iurisditione que ꝓsuetudo (dicit ipe)

An dari possit priuilegiū effectualiter stante scismatē imperij.

Beneficio prīcipis iuuari debemus non decipi.

De cōsuetudine frācie.

De cōsuetudine circa discordes in imperio.

vincit legem per c. vnicum in prin. de feudi cognitio. in vsib⁹ feudo. vbi probatur q̄ cause feudales sunt decidende scd̄m locorum consuetudines. Sed Panor. in predicto consi. tandem dicit consuetudines istas limitādas scd̄m c. fi. de consue. extra innuēs ergo q̄ cōsuetudo irrationabilis nō est tolerāda & ita cum hec consuetudo d. glo. in cle. romani videtur esse irrationabilis ergo &c. & ita videtur dicēdū q̄ virtute consuetudinis hec sectio iuris primogeniture nō sit toleranda. Adde ad p̄dicta vbi de singularitate & vnitate iperij̄ verba faciebamus q̄ prepositꝰ in. c. nunc autem xxj. disti. ponit notabilem limitationē dicens q̄ licet regulariter non possint esse duo imperatores tamen ex permissione romani pōtificis possunt esse. & notāter dicit romani pōtificis quia secus de consensu electorū qa electores ius eligendi habent ex priuilegio apostolico. c. Venerabilē de elec. extra: & ita ipsi nō possunt talem sectionē in imperio facere ac. c. sicut vnire de excessu prelato. extra & c. maioribus de preben. extra solus ergo (dicit ipse) romanus pontifex hoc potest qa ad ipsum approbatio vnctio & coronatio pertinēt c. ad apostolice de re iudi. in vj. Sed fouendo quod supra diximus Credo q̄ nō possit ipse romanus pontifex hanc sectionē in imperio facere: quod pbo etiam per id qđ ipsemet preposit⁹ quasi sibi contrarius paulo post subiungit. Dicit enim q̄ recedendo ab vnitate principatus monarchia imperij̄ destruitur. modo habeo pro regula indubitata q̄ nō potest romanus pontifex aliquid facere per qnod discoloretur status imperij̄. si etenī id non potest in reb⁹ ecclesiasticis vt est glo. notabi. in c. litteras de restitu. spo. c. proposuit de concessio. preben. c. per principalē. ix. q. iij. cū alijs ample allega. per Ludo. de roma. ꝑ. cccl xxx. quod consilium editum est ad confirmationē consilij̄ Basilien. ergo nō poterit in temporalib⁹ cū in spiritualibus habeat plenitudinem potestatis. cap̄. ij. de. preben. in vj. non in temporalibus vt est glo. notabi. in ca. j. de constitu. extra vbi ita se resoluit And. barba. circa questionē an papa sit superior imperatore.

An ex permissione pape possunt esse duo imperatores.

Restrictio potestatis papalis.

¶ Item papatus & imperium fratermisant glo. in. §. sancimus in autentico. quomō oportet epis. co. alex. in. j. cōstitutio. ff. vete. Feli. in c. cum nō liceat colū. vlti. de prescrip. Facit qđ dicit Panor. i c. licet ex suscepto de foro competen. extra in primo nota q̄ dignitas imperialis nō potest supprimi a summo pontifice igitur nō potest facere hanc sectionē in imperio que possit causare monarchie suppressionē & destructionē ar. l. oꝝ. ff. de sponsa. Fortius potest dici q̄ si vellet id facere posset sibi resisti sicut Paulus restitit in faciem Petri c. Paulus. ij. secunda. q. vij. nō em̄ est papa tolerandus in facto scandalziante Innocē. in c. q̄to de ꝑsue. Feli. in c. ad audiētiā de prescrip. in prin.

Imperū & papatus fratrisant

¶ Sed redeūdo ad propositū principale. Aduerte q̄ si virtute consuetudinis vt supra dictū est toleraretur hec diuisio iuris primogeniture inter duos geminos de quibus in proposito eorū sigillum vocandum esset sigillū geminorum sic q̄ neuter erit prius vel posterius nominand⁹ vt notabiliter dicit Bal. in d. prohe. digestorū. §. Itaq; in fi. rōnem assignās qa q primo noiātur maior esse videtur. l. quotiēs. ff. de vsufruc. c. fi. de officio delega. i sexto vbi no. gemini. ad hoc vide Bal. in le. penul. in versi. iij. oppo. C. de verbo. sig. Accedat quod pulchre dicit Feli. i c. cū dilecta de rescrip. extra colū. iij. versi. ordo scripture vbi late cumulat de materia ordinis inter cetera dicit q̄ curandum est de ordine vbicunq; in temporis prerogatiua consistit dispo. iuris p. l. claudus felix. ff. qui potio. in pigno. habe. pro hoc etiam adducit tex. notabilē in. l. grā liter. §. siquidē. ff. de fideico. liberta. per quem tex. refert post ange. ibi q̄ cū papa Vrbanus dixisset fratribus mino. vt darent in scriptis nomina triū religiosorū sui conuentus & q̄ vnum promoueret ad cardinalatū: dederunt tria nomina sed in forma sperica ne ex ordine argueretur vnus dignior altero. Quo viso Vrbanus pontifex dixit ordinē peruertistis & ego ordinem peruertā vnde omissis illis trib⁹ sic sperice nominatis ꝓmouit generalem eorum. ad hec vide tres glo. notabi. prima in c. quorūdā de elec. in. vj. in verbo p̄dicatorū vbi vult glo. q̄ fratres illi mēdicantes preponi debēt qui sunt priores in institutione. alia est glo. in c. bene quidē. xcvj. dist. in verbo mediolanē sē per quā dicit archi. in c. j. in prin. de deci. in vj. q̄ mediolanensis archiepiscopus dignior est rauanatensi ex quo ante rauanatensē nominatur vt etiā formaliter dicebat predicta glo. in verbo mediolanensē. Et sic per eam videtur sopita contentio inter illos archiepiscopos de qua meminit glo. in. l. decernimus. C. de sacrosā. eccle. in verbo presidendi. Alia est glo. & ij. in c. inter verba in verbo p̄misit xj. q. iij. Plura alia de ordis efficacia colligi possent. in reliquis si vis ad saturitatem vide per Feli. in d. c. cum dilecta de rescrip. extra.

Nota de sigillo geminorum

Q̄n de ordine est tractandum.

Nota historiam.

Mediolanensis archiepiscopus dignior est Rauanatensi

¶ Questio Octaua.

¶ Vtrum in partu gemino neutri debeatur ius prmogeniture.

SEcunda est Opinio in casu suprapositoquãdo scilicet iter geminos de prioritate vel posterioritate egressus contenditur pro iure primogeniture. ꝙ neutri hoc casu debeatur ius primogeniture Et vltra superius adducta in relatione huius opinionis Adduco tex. in. l. qui soluẽdo iũcta. l. sequẽ. ff. de heredi. institui. vbi habetur ꝙ si instituentur duo heredes vbi vnus tantum esse potest: neuter erit & mutuo sibi obstant. & pro hoc facit bonus tex. in. l. cũ ex pluribus. ff. de manumis. testa. & le. duo sunt ticij. ff. de testa. tutella cũ simi. vbi probatur ꝙ incertitudo aufert ꝙ alias quis consequeretur Ergo in proposito incertitudo resultãs ex natiuitate geminorum ius primogeniture vtriq; auferre debet. Ad hoc facit quod notabi dicit bal. in. l. j. colũ. ij. versi. quero quid si duo. C. qñ. prono. nõ est necess. de duab⁹ electionibus eadem die factis loquens vbi concludit neutrã valere stante conflictu & cõtrarietate probationum & idẽ dicit in duab⁹ sententijs. & pro hoc adducit tex. in. l. edicto. C. de edic. diui Adria. tolle. vbi de duobus testamentis incõpassibilibus fit mentio. vide etiã eundẽ Bal. in. l. de rebus. C. de dona. añ nup. vbi facit mentionem de duobus instrumentis eadẽ die factis ꝙ si sunt contraria neutrũ valet. Adde eundẽ Bal. in. l. j. C. de fur. vbi dicit ꝙ duo mandata eadẽ die impetrata sunt nulla si sint contraria. Sic ergo inter istos geminos videtur dicendum neutrum admittẽdũ esse ad ius primogeniture propter voluntates contrarias in succedendo.

Confirmatio secũde opinionis

Cõcursus obstat.

¶ Sed his nonobstantibus hec tamen opinio non videtur esse vera quia sic sequeretur alterum ex duobus inconuenientibus vel quod ad vlteriores transfertur ius primogeniture & priores in gradu excluderentur a posterioribus qđ esset iniquissimũ vt. l. post consanguineos. §. hereditas. ff. de suis & legiti. cũ simi. vel quod (saltem in dignitate regia) regna efficerentur electiua que de consuetudine ĩmemoriali sunt successoria vt no. docto. ĩ. c. licet de voto. extra. & Albe. in. l. penul. C. de dona. inter vj. & vxo. glo. in. deniq;. vij. q. j. propter quam consuetudinem multum singulariter dicebat Bal. & Iaco. aluaroti ĩ. c. j. de feu. marchie in vsibus feudo ꝙ regnũ transit per successionẽ in infinitum & non per electionem & sicad quẽcũq; de domo regis etiam in centesimo gradu seruata tamen gradus prerogatina Et ita cum sit necesse vt tenendo hanc partem alterum immo aliquando vtrumq; ex p̃dictis incõuenientibus sequeretur opinio ista non videtur multum secura.

Improbatio secũde opinionis

Regna nõ successoria de consuetudine

¶ Nec obstat qđ Ioã. de imo. cõtrariũ tenuerit vt supra retulimus quia si bene videat̃ nõ simpliciter. Ita transit sed cũ temperamento philosophico hui⁹ dictionis forte. Nec obstat. l. si fuerit allega. per Io. de imo. supra nã ipse met respondet super glo. prima ꝙ illud contingit ex presumpta mente testatoris per rationem. qui duos supra allega. & ita cum in ꝓposi. non militet hec presumptio immo potius contraria vt statim dicemus nõ est rationis idẽtitas nec illi⁹ tex. cas⁹ nostro adaptari potest. Nec obstat etiam ꝙ supra de duobus currentibus allega. quia materia est problematica & licet aliqui tenuerint neutrum hoc casu admittendũ esse ad brauiũ propter concursũ mutuum. tamen multi contrariam partem sequũtur vt videre est per Antho. corsetũ in suo tractatu de brauio & inter ceteros docto. vide Io. de platea institu de legiti. agnato. succes. §. si plures in iij. notabi. vbi per illum tex. exp̃sse dicit ꝙ si duo pariter attingant castrum de iure faciunt sibi partem per cõcursũ per. l. si finita. §. cum autẽ plures. ff. de dã. infec. & l. si fundus. §. si duo pariter. ff. de pigno. & idẽ ibi tenet Ange. de are. fortius dicens per illũ tex. ꝙ communis est hec opinio ꝙ scilicet vterq; consequatur brauiũ. Nam ibi dicitur ꝙ licet plures sint agnati tamen proximior in gradu vocatur & si in proximiori gradu plures sint omnes vocentur. Et ad. l. si fuerit supra allega. Respondet ꝙ loquitur in dispositione testantis quãdo testator sensit de certa persona vel saltem certificãda ex certo euentu secus autem quãdo princeps vel respublica ponit brauium primo ingredienti castrum quia tũc si duo ingrediantur vterq; ꝯsequetur & idem ibi tenet Io. Fabri inducens ad materiam cõsuetudinis loquẽtis de retractu & se remittit Ange. ad no. per Io. de imo. in. l. qui filiabus §. j. ff. de lega. j. vbi Io. de imo. hanc solutionẽ ad. d. l. si fuerit ponit licet ipse Iohã. de imo. ibidem per plura fundamenta hanc opinionẽ ꝙ neuter admittatur ad brauium tenuit cõtra Bar. in. l. hoc articulo. ff. de heredi. insti. qui distinguebat vtrum proponatur premiũ per verbum quisquis vel si quis vel quicũq; cir-

De duob⁹ currentib⁹ ad brauiũ

ca quid non insisto. vide tamen Franciscũ de aretio in d. l. qui filiab⁹ §. j. vbi predictã disti. Barto. videtur firmare contra Ioan. de imo. & sequaces.

¶ Ex precedentibus habes opinionem hanc non concludere cũ communis opinio doctorum videatur esse in contarium scdm Ange. supra relatum saltem illa conclusio est dubitabilis. & ideo ad confirmationem hui⁹ secũde opinionis allegari non potest cũ in fortiorib⁹ terminis nec constitutio aut lex circa quã est opinionum & intellectuũ conflictus & diuersitas pro iure allegari non possit scdm no. per Barto. in. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Feli. i. c. j. colũ. penul. versi. iij. no. de ꝯstitu. extra adducens Bal. in d. l. in ambiguo quẽ nõ ibi reperio & credo ꝙ Barto. voluerit allega. & hec est impressoris icuria. & ꝑ hoc Feli. vbi supra adducit glo. fi. in prin. de constitu. in. vj. adde eundem feli. in. c. eccl'ia colũ. xv. de constitu. extra versi. ij. declaratur vbi dicit ꝙ in terris imperij statur canoni in materia in qua nõ est expressa decisio iuris ciuilis propter diuersas opiniones inter legistas & hoc scdm Antho. de bu. in. c. per venerabilẽ qui filij sunt legiti. colũ. xxxvij. versi. no. ij. casum generalẽ cum alijs allegationibus ibidem citatis per Feli. Adde etiam quod dicit Panor. in. ca. fi. eo. ti. de constitu. vbi per illũ tex. dicẽtẽ. ꝙ cõstitutio nihil debet cõtinere obscurũ aut ambiguũ infert ꝙ constitutio obscura & ambigua non habet naturam iuris cõmunis. quia ignorãtia iuris nõ est probabilis & tamen ignorãtia cõstitutionis ambigue est probabilis. l. regula. ff de iu & fac. ignorã. glo. multũ signãda in. c. j. de postula. ꝑlato. in. vj. in verbo decetero quã ibi multũ extollũt docto. Ad hoc faciunt no. ꝑ Panor. in. c. j. de deci. extra vbi loquit̃ de primitijs ꝙ excusatur nõ soluens primitias propter diuersitatem opinionum in materia primitiarũ. alia possent cumulari de quib⁹ aliqñ occurrente occasione infra dicemus.

De lege aut constitutiõe dubia.

Nota pro primitijs.

¶ Sed respondendum est ad allegata supra ꝑ ꝯfirmatione huius secũde opinionis signãter ad. l. qui soluendo. cũ. l. sequen. ff. de heredi. insti. que satis videt̃ vrgere. Nã quẽadmodũ lex eliescentia de qua ibi prohibet ne plures sint heredes. Ita videtur in proposito ꝙ hic propter cõcursum nullus admitti debeat. Sed pro solutione dicere possumus ꝙ in ꝓposito agitur de hereditate in linea directa & de eis ad quos de iure naturali hereditas defertur scilicet suis heredibus quibus (etiam si ex testamento non venirent) tamẽ ab intestato hereditas deberetur vt toto titu. de heredita. q̃ ab intesta. deferuntur signanter in. §. sui in dicta autem. l. qui soluendo agitur de extraneo herede instituendo que materia (vt certũ est) nõ est ita fauorabilis. liberos enĩ nature simul & parentum commune votum ad successionẽ admittit vt est tex. aureus in. l. scripto §. fi. ff. vnde liberi. & iõ dicit beatus Augustin⁹. qui voluerit filios exheredare & ecclesiã instituere aliũ querat q̃ Augustinum. c. quicũq; decima vij. q. iiij. Et ita in extraneis heredibus institutis forsan posset ꝓcedere hec secũda opinio vt nullus admittatur non in suis heredib⁹ vt cõmuniter contingit. Et ad dicta. Bal. de duabus electionibus duob⁹ mãdatis vel duobus instrumentis/dic vt per ipsummet Bal. in d. l. j. C. quãdo prouocare nõ est necesse colũ. ij. versi. quid si due.

Sui heredes sunt fauorabiliores extraneis.

¶ Nona Questio.

¶ Vtrum inter geminos pro iure primogeniture sit ad iudicium sortis recurrendum.



Ertia principalis opinio in hac ardua questione est ꝙ recurratur ad iudiciũ sortis. de qua tetigit Io. and. in. Ru. de feu. in addi. ad spe. colũ. v. se remittens ad nota ꝑ sein c. j. de sortilegijs sed latius loquitur in. c. fi. pro hac opiniõe vide Bal. in prohe. digestorum. §. Itaq;. de quo meminit Io. de ana. in. R. de sortilegijs colũ. fi. Pro hac opinione facit tex. in. l. sed cũ ãbo. ff. de iudi. vbi optime probatur ꝙ qñ dubiũ est quis sit censendus actor vel reus/ iudicio sortis illud est decidendum. pro hoc etiam est tex. notabi. in. l. ij. C. quando & quibus. iiij. pars debetur libro. x. ibi vt rebus totis in sortium casu deductis. pro hoc est tex. in. l. fi. §. sancimus. C. ꝯia de lega. ibi rei iudicem fortunam esse & sortem inter altercãtes adhibẽdã: vt quem sors pretulerit vbi glosa. affert plures concordantes. ad hoc vide etiam glo. notabilem in d. c. fi. de sortilegijs & institu. de satisda. tuto §. penul. iver. suas & glo. i. c. cleros in ver. primũ xxj. dist. Accedat regula in iure vulgata in. l. vsufructuarium. ff. de vsufructu. vbi dicitur ꝙ propter difficilem rerum discussionẽ aliquid permittitur quod alias prohibetur: quia talis difficultas inducit quãdã impossibilitatẽ scdm Innocẽ. in. c. non est de deci. cum alijs allega. per eum. de hoc vide Io. de ana. in R. de clerico venenatore. Sic ĩ ꝓposito licet alias

Regula.

non esset ad iudicium sortis recurrendum tamen ꝓpter impossibilitatem hanc aut saltem difficillimã dignotiõem inter primogenitũ & secundogenitum inter istos geminos tolerabile videretur iudicium sortis. Ad hec facit quod notabiliter dicit Pe. Iaco. in sua practica in titulo de arbore successionis regni Francie col. iij. vbi querit de duobus plaustris sibi obuiantibus quod eorũ debet alteri cedere. & dicit ꝙ licet videatur hec questio insolubilis potest tamen dici ꝙ retrocedere debeat quod cum minori damno potest. vel ille cui⁹ ductor potuit preuidere. vel si in vno plaustro essent res fiscales vel dotales vel pupillares illis daretur fauor. Sed si omnia essent paria tũc sorte esset dirimendum scdm nota. i. l. ij. §. j. ff. ne quid in loco publi. & ibidem paulo ante loquitur de duobus regibus quod forte sit dirimẽdum quis regnabit quando est inter eos dubietas & altercatio argu. d. l. sed cum ambo de quo latius infra dicetur. Accedat etiam ꝓ confirmatione huius opinionis quod notabiliter dicit cardi. consi. cliij. vbi ponit sex modos finiendi controuersiam inter duos contendentes de papatu data paritate probationum inter quos vnus est per iudicium sortis de quo cõsilio meminit Feli. in. c. capitulum. s. crucis colũ. penul. de rescrip. adducens Pe. de mõte in tractatu de potesta. imperatoris & consilij in xxxj. colũ. Sed in contrarium allegat Feli. eundem cardinalem in. c. licet causam de probatio. vbi ponit decisionem quam appellat solitariam ꝙ in beneficialibus non est locus sorti per tex. in l. eum qui de eo qui mitti. in possess. libr. vj. vbi glo. in verbo possessore dat rationem hanc ne scilicet detur vitiosus ingressus ad beneficium: quia ꝓpter sortem contingeret prefici beneficio eum qui non haberet titulum canoni cum ꝓtra regulã. c. j. de regu. iu. in. vj. Sed non est profecto solitaria hec decisio. vide eñ eundem cardina. in c. fina. de sortilegijs. in fi. versi. quero nunquid. Nititur tamen Felinus vbi supra saluare contrarietatem supradictam cardinalis a nullo alio consideratam: quia tituli beneficiales sunt de iure positiuo quo papa nõ ligatur. c proposuit de concessione preben. cum simi. Sed considera ꝙ hec ratio Feli. non videtur sufficienter concludere. Nam tunc temporis quando agitur de summo pontifice creando nondũ est summus pontifex & ita illa ratio militare non videtur. Item illud indubie abominãdum esset considerata dignitate & reuerentia ipsius sanctitatis apostolice. Si enim non licet in alijs inferioribꝰ beneficijs mittere sortes c. fi. de sortilegijs/multominus in papatu: quoniã vbi maius periculũ intenditur ibi ꝓculdubio est plenius consulendum vt est tex. in c. vbi periculum de elec. in sexto: qui tex. etiam de dignitate papali loquitur. Ad hec facit quod dicit Io. de ana. in. c. in ordinando extra de simo. ꝙ ꝓpter exemplum deberet curia apostolica preceteris abstinere a simonia c. magne de voto extra c. in causis de rẽ iudi. & ideo dicit tex. in c. precipue. xj. q̃st. iij. scire debent prelati ꝙ si vnq̃ peruersa perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. vnde necesse est vt tanto se cautius a culpa custodiant q̃to per praua que faciunt non soli moriuntur. Ad idẽ est aureus tex. in. c. ij. xxv. q. v. vbi dicit Romanus pontifex. ad nostrum reatũ tendit si paternarum regule sanctionum nobis consentientibus vl negligentibus violentur. Ideo frequens est dictum Patricij. in suo tractatu de istitu. reipublice ꝙ prelati plus peccant exemplo q̃ culpa Et ita ergo quicquid dicãt predicti doctores in papatu non liceret mittere sortes. Hec induci possunt ad questionem an dans pecuniam pro papatu vel imperio simoniã cõmittat vel incidat in. l. Iuliã. ambitus. quod non est presẽtis speculationis: quia tamen aliquando poteris interrogari vltra dicta per Ioan. de ana. in d. c. in consequendo vide omino geminanũ post Io. and. in c. j. de homici. in sexto vbi pulchre resoluit hanc questionem.

¶ Vltra allegata autem pro hac opinione supra Adde bonum tex. nume. xxxiij. ca. in fi. ibi. Ego eñ dedi vobis illam in possessionem quam diuidetis vobis sorte. & deinde subiungitur. singulis vt sors ceciderit ita tribuatur hereditas ad idẽ est tex. nũe. xxxiiij. c. & ita hodie videmus seruari sepissime in diuisione rerũ hereditariarum.

¶ Sed redeundo ad propositum pricipale in contrarium ꝙ presens questio non sit sorte dirimenda Arguitur. Primo per totũ titu. de sortilegijs. vbi sortes prohibentur. Sed respondebit aliquis ꝙ sortes nõ sunt prohibite quãdo non fiũt per magicas incantationes. Et ita in casu nostro suadente hac necessitate que oritur ex dubietate primogeniture cũ vterq; videat habere paritatem iuris videtur permittenda. ad hoc facit glo. notabilis. xxxv. q. ij. in sũma in verbo sortes in fi. dicens ꝙ Augustinꝰ scripsit quibusdam ciuibus cum ciuitas esset obsessa & dubitaret clerus qui deberent fugere & qui remanere ꝙ sorte illud esset dirimendũ

De duobꝰ plaustris sibi obuiantibus.

Cõtra prelatos.

In beneficialibꝰ ansit locꝰ sorti.

¶Secundo igitur fortius arguitur cõtra istã opinionem q̃ iudiciũ sortis isto casu congrue non possit per theoricam notabilẽ Io.and. in c.licet de probatio. vbi dicit q̃ quando est questio in facto res nõ dirimitur sorte & idem dicit Barto.in.l.si duo colũ.iij.ff. vti possi.de. per.l.duo sunt ticij.ff.de testamen.tutela. pro hac theorica est glosa. apud legistas reputata singula.in.l.j.in verbo prohibebit ad fi.C.vti possidetis.Sed sic est q̃ in proposito nostro ẽ questio facti per tex.in.l.idem erit.ff. de sta. homi.vbi dicitur q̃ quando agitur de prioritate vel posterioritate natiuitatis/ questio potius est facti q̃ iuris.

¶Tertio arguitur contra hanc opinionem p Bal.in.l.meminimus.C.quãdo & quib⁹. iiij. pars debe.dicẽtẽ q̃ nunq̃ res est sorte dirimẽda nisi in casi b⁹ a iure permissis:quia in alijs peccatum continet.Sed glo.in.c.fi.de sortile gijs extra dicit q̃ permissum est iudicium sortis nisi ex causa reperientur prohibite sortes modo sic est q̃ vbi sunt due regule quarum vna prohibitiua alia permissiua/tunc prohibitiua est potius attendenda q̃ permissiua tanq̃ potentior.c.tutor.& ibi Bar.ff.de susp ec.tuto. vide bal.in prohe.decre.colũ.iij.vbi dicit q̃ potenti⁹ est quod prohibet q̃ quod permittit per.l.sabinus.ff. communi diuidũdo.de hoc ample per dominum Iaso.post docto.in.l. si Ruffin⁹.C.de testa.milita.colũ.j.&.ij. quem omnino videas.

Nota.

¶Quarto arguitur quia iudiciũ sortis & fortune equiparantur Bal.in.ij.si duobus.C. cõmunia de lega.in.j.notabi.fortuna autem est amica varietati & respuit constantiam vt dicit Tulli⁹ libro.ij.de natura deorum.& idẽ libro iij.dicit.fortunã nemo ab inconstantia & temeritate seiunget.& idem libro.ij.de diuinatiõe Nihil est tam contrarium rationi & cõstantie q̃ fortuna.modo sic est q̃ ius varietatẽ prorsus damnat & constantiam mirifice amplecti tur.institu.de iusti.& iu.in prin. Iustitia est cõstans & perpetua voluntas facit cle.j.de renũ. Item ius rationẽ pro anima habet.l. cum pater.§.dulcissimus.ff.delega.ij.Bal.in.l.si quis seruo.C.de factis colũ.ij.ad fi. Et ideo dicebat Abbas Panor.in c.fi.de sortilegijs. q̃ licet in aliquibus locis per sortem eligant suos officiales tamen dicit q̃ melius putat esse q̃ nõ quia potest assumi indignus iuxta illud/si fortuna volet.&. Item quia per sortem tentatur deus contra illud euangelicum Nõ tẽtabis dominũ deum tuum. Item pro hac parte contra hanc opinionem facit q̃ ipsemet Bal.dicit in. d. §.

De iudicio fortũe

Ratio est aia legis

Itaq; in.j.constitutione.ff.vete.q̃ vbi ageret de iure presenti siue quesito non est locus sorti:quia iudicium fortune est remotum a ratione ideo(dicit ipse) ratio & intellectus non debet se committere fortune & existentib⁹ sine ratione. Fortuna em sepissime prefert iniquũ equo & sic nõ iudicat recte vt habetur in.l.sed an vltro.§.fi.ff.de nego.gest.&.ita videt Bal. velle q̃ hec questio non sit cõmitenda sorti maxime in istis partibus vbi mortu⁹ cessinat viuum & sic non videtur ius pendere immo illico mortuo patre acquiritur filijs sine interuallo. Et ad hec de fortuna vide Bal.in.d.l.si. duob⁹ i pri.C.ꝓia de lega.vbi dicit q̃ fortuna est inexorabilis quia muta et surda & est quedam lex occulte nobis nature que est impreca bilis ar.l.temperẽt.C.de vesti.olobe libro.xi. alibi dicit Bal.in.d.§.Itaq; est rerũ euentus ex incerto motore procedens.

Quid est fortuna.

¶Ex predictis vides bonum eẽ abstinere ab hoc iudicio sortis. vt supra consulit Abbas Panor.

Si tamen velis amplecti hanc opinionem debes eam dupliciter limitare. Primo dummodo vtraq; pars (de cuius preiudicio agitur tãtum) concordet dubietatem sic finiri: vt not. docto.in.d.c.fi.de sortile. vel saltem altera. Namvt dicit ibi abbas Panor.ifi.ad petitionẽ alteri⁹ iudex compellit ad sortem per.d.l.sed cum ambo.Secus autem si ageretur etiam de preiudcio tertij quia eo non vocato non est decidenda res sorte cum eius iterest: & sic vocandus est argu.tex.notabi.in.l.Nãita diuus ff.de adop.Sed si iste tertius requireret iudicium sortis tunc poterit iudex facere fieri sortem argu.l. hui⁹ modi.§.fi.ff.de lega.j.ad hoc vide Bal.in.d.l.si duobus colũ.ij. ad prin. Ex hoc inferendum est q̃ si reipublice interesset vt vnus potius cõsequeretur principatum & dominationẽ q̃ alius nõ deberet sors p̃ principatu mitti nisi euocatis reipublice officialib⁹

Modificatio huius opinionis stantevi ditate.

¶Secundo limita hanc opinionem procedere quãdo sors licite fieret.& ideo Ange.in. d. l.sed cum ambo super glo. que exemplificat sortem per taxillos quia oppo.ibi.glo de titu. de sorti.extra & non soluit ponit ibi Ange.cõcordiã hoc modo q̃ quedam est sors reprobata & illa nulla est questio dirimenda quedã est nõ reprobata et illa possunt questiones dirimi & terminari & ita refert & sequit Ioã.de ana.in c.fi.de sortile.extra in glo. fi.ad prin. de multiplici autem sorte vide Io.And.in p he.clemẽti.videfede.de senis ꝓsi. cclxxxiiij. archi.xxvij.q.ij.in prin.beatum Tho.ij.ij.q.

Duplex sors.

xciiij. articu. vltimo. Bal. in titu. qui feuda dare possunt in vsibus feudo. §. penultimo. colũna penultima. ad fi.

Questio

¶ Sed queritur stante hac opinione vtrum si sint alij filij ab his qui de primogenitura cõtẽdunt/omnes mittant sortem vel tantum illi de quibus est dubium. Et videtur q̃ omnes filij debeant sortem mittere ex quo nullus est primogenitus verificatus. de his enim que nõ sunt & non apparent idem est iudicium. l. i lege. ff. de cõtrahen. emptio. cum simi. De quibus ibi in glos. in verbo quod non sit. cum ergo non constet nec appareat de primogenito ergo debet haberi acsi non esset aliquis primogenitus. si non est aliquis primogenitus omnium filiorum esset equalis conditio. ergo sic est dicendum in proposito. ¶ Item quia ex persona alterius admittitur qui ex sua non admitteretur. ff. de libe. & posthu. l. fi. ff. vnde liberi. l. j. §. fi. ff. de contra tabu. l. filium. &. ff. quẽadmodũ serui. amittãt. Hinc dicit Bar. in l. precipimus. §. penultimo. C. de appel. q̃ ratione clerici laicus gaudet illius priuilegio in re communi. Et ideo dicit Io. de ligna. in. ca. ex literis de constitu. q̃ si agitur de conueniẽda vniuersitate scholarium cõuenitur coram Iudice ecclesiastico ex quo ibi sunt aliqui clerici. & Panor. in. ca. ad audientiam de p̃script. extra q̃ laicus ratione communionis in re cũ ecclesia romana gaudet prescriptione centena. de quo ibi per Feli. & in Rub. offic. delega.

Nõ eẽ & non appere eqpolent.

¶ Pro hoc facit qđ dicitur in simili de pluribus intrantibus castrum proposito brauio primo intranti, si aliqui intrauerint & aliqui non debent iterato currere, nedum hi de quibus dubitatur quis eorum primo ĩtrauerit/ immo etiam omnes vt tenet Cy. in prohe. digestorũ quẽ refert ibi Bal. col. ij. versi. sed nũquid curãt hi duo tm̃ & mouebãt per tex. in. c. cũ vitonien sis, de elec. extra vbi p̃batur q̃ si duo eligant̃ in discordia, iterũ debet fieri electio a toto capitulo & de oĩbus canõicis ac si nihil esset actũ tex. in. c. si electio. eo. ti. ĩ vj. Hui⁹ opinionis fuit etiã Ange. de perusio in. l. eum qui nouissimus. ff. ad trebell. quia ex quo nullus est victor, null⁹ aliorũ põt dici vict⁹. ad hoc facit text. in. l. nec vtile. ff. ex quib⁹ causis maio. & dicit Anto. corsett⁹ in suo tracta. de brauio q̃ ista est cõis opinio. Sic ergo in ꝓposito videtur, q̃ oĩes filij mittere sortẽ debeãt ex quo null⁹ censet̃ primogenit⁹. Et sic null⁹ ratione iuris primogenite excl usus.

¶ Sed his nõ obstãtib⁹ cõtrarũ est veri⁹. Nã quicqd dicat Anto. corsett⁹ vbi supra, tamen cõior videt̃ esse opinio docto. in ꝓtrarũ/ q̃. s. in casu supradicto oĩes ad cursum iteratũ admitti nõ debeant: Sed tm̃ illi qui castrum ĩtrauerũt, put tenuit Bal. i. d. phe. digestor⁹. §. ita q; dicens/ q̃ alij negligẽtiores oĩno sunt exclusi quia p̃uenti, vñ istis p̃currẽtibus dabit̃ iteratus cursus, alijs reiectis. Et ad. c. cũ vintonien sis respondet q̃ loquit̃ ille tex. in iure capituli in quo oĩes ptĩcipant qui tanq̃. c. eligunt. qa ius electionis hoc casu penes capitulũ remanẽsit. Sed in hac questione nostra loquimur in iure singulorũ ad quod non admittuntur exclusi. & pro hoc adducit quod notã. in. l. in executione. §. fi. ff. de verbo. obli. & in. l. daudius. ff. qui potiores in pig. habe. Immo fortius dicit Bal. in statutis suis in verbo brauiũ, q̃ ista opinio de ꝓsuetudine seruatur. Nam p̃uenientes videntur p̃occupasse sicut ĩ re quẽ habetur ꝓ derelicto: vt. l. quod secur⁹. ff. de stipu. seruo. Consuetudo autem est optima iuris interpres ca. cum dilectus. de consue. extra. Et ita validior est hec opinio que consuetudinaria interpretatione fulcitur q̃ scilicet alij filij, de quibus certum est non esse primogenitos, nullatenus admittãtur ad sortem mittẽdam pro iure primogenite consequendo. quia sors iterato mittitur propter incertitudinem primogenite: que ratio in istis duobus geminis tm̃ militat non in alijs. In incertis em̃ non in certis locus est ꝓiecturis. l. continuus. §. stipulatus in fi. iũcta glo. in verbo null⁹. ff. de verbo. obliga. Certũ est autem istos posteriores non esse primogenitos. ergo &c. ¶ Itẽ quia frustra expectatur id cuius euentus nihil operatur, & frustra admittitur quis ad id faciẽdũ quod factũ nõ releuat. c. ad id quod de spõsa. extra. c. cũ ꝓtigat. de offi. delega. cũ simi. si isti posteriores in genitura admitterent̃ ad sortẽ hoc nihil eis oparetur/ qa certũ est q̃ ius primogenite debetur ratione qualitatis huius. s. prioritatis in genitura. g &c. Posset & hoc pluribus alijs fundamentis firmari sed non curo, quia satis videtur mihi clarum.

In incertis nõ in certis loc⁹ est cõiecturꝫ.

¶ Questio decima.

¶ Vtrum in partu gemino sit in primogenitura gratificatio.

Varta principalis opinio est, q̃ sit locus gratificationi. Ita vt vnus ex his de primogenitura contendentibus pro primogenito eligatur altero excluso. Hanc opinionem posuit Ioan. and. in Ru-

brica de feu. in addi. ad Specu. hãc etiam opiniõem refert Albericus de rosa. in statutis. q̃stione. cvj. pro qua adducit text. in. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicommiss. liberta. & l. fi. ff. de religio. & sumpti. fune. cum alijs allega. per eum. hanc etiam opinionem tenuit Baldus sibi contrarius. C. de secun. nupt. l. in quibus, vt latius diximus/supra in relatione opinionum.

¶ Adde pro confirmatione huius opinionis Anto. corsettũ. in tracta. de potesta. & excell. regia. versi. quero septio: vbi post Bal. formaliter ita tenet. Adde etiam Bal. in capitulo primo. §. penulti. qui feu. da. possunt in vsi. feud. vbi mouet questionem hanc/si deficientibus masculis feudũ ire debeat ad vnam feminam si extẽt plures femine an succedet primogenita, vel an dominus poterit gratificari: & refert plures opiniones, tandem residet q̃ equi⁹ esset q̃ dominus possit gratificari per illũ tex. ibi quem dominus vellet pro quo alia iura adducit que videas per eum.

Questio

Desciſma te in ꝑpio.

¶ Pro hac opinione facit quod notabiliter voluit idem Bal. in prohe. decre. columna secũda vbi dicit, q̃ si est sciſma in imperio loc⁹ est gratificatiõi. pro quo est glo. multũ signãda in cle. j. de iureiu. i verbo reges in fi. vbi dicit glosator clementinarum: scilicet Io. and/q̃ vidit & habebat formas quarũdam literarum que de regiſtris Innocen. tertij dicebãtur extracte que emanauerãt super negocio discordie electionis, de qua in. c. venerabilem. de elect. extra que dirigebantur vt ibi refert. Et in his cõtinebatur, q̃ inconcussa consuetudo imperij rationi consona & iure subnixa per patientiã sedis apostolice tolerata & per tolerantiã approbata erat q̃ duob⁹ electis ĩ discordia vterq; administrat, vt rex & omnem imperij iurisditionẽ exercet: quod tamẽ ibi declarat papa locum habere donec per papam alterius electio fuerit approbata vel reprobata, & ita donec alteri gratificauerit. Ad hoc facit quod dicit Ange. i. l. sed cum ambo. ff. de iudi. vbi dicit. q̃ si duo vel plures impetrant sibi prouideri de preben. in ecclesia cathedrali/& inter impetrantes est omnimoda equalitas impediunt se concursu cum tractaretur de preiudicio episcopi, non est potioritas iuris sorte dirimẽda: sed potest episcopus alteri gratificari. & de hoc est text. formalis in. c. duobus de rescript. in sexto per quem tex. dicit Anto. de Bu. Panor. & And. Barba. in. c. cum. m. de constitu. collũ. xxiiij. q̃ si plures fuerunt recepti ad vnã prebendam vacantem & non constat de prioritate vel posterioritate locus est gratificationi ne fiat sectio prebende contra conciliũ Turonẽse. de quo in. c. maioribus de preben. extra sic in proposito: ne fiat diuisio huius iuris primogeniture cõtra naturam primogeniture. Ideo videtur q̃ hoc casu sit locus gratificationi. Ad hec accedat qđdicit Io. de Imo. in dicta lege qui filiabus. §. primo. ff. de lega. primo vbi dicit, q̃ si pro brauio currentium proponitur puella vxoranda, ex quo brauium est indiuiduum erit locus gratificatiõi: si duo brauium meruerit ar. d. l. gñaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liberta. vide etiam in indiuiduo Prepo. in. c. per venerabilem. §. quod autem. columna trigesimatertia. vbi formaliter determinat, q̃ in casu nostro pater possit gratificari alteri geminorum secundum Bald. in. d. l. in quibus adde etiam Pe. Iaco. in sua practica sub titulo de arbore successionis regni francie columna tertia. vbi tangit de questione quando duo sunt in eodem gradu quoad adeptionem regni, quis eorum habere debeat cũ sit regnum indiuisibile: & prima fronte dicit hanc questionem insolubilem, tamen nihil esse ita insolubile quod solui non possit: Ideo ponit plures sentẽtias circa decisionem huius questionis.

Questio

¶ Primo dicit, q̃ ille qui est in possessione sit potior. argu. §. commodum institut. de interdic. ¶ Secundo q̃ sorte dirimendum sit. argu. l. sed cum ambo. ff. de iudi. ¶ Tertio q̃ vtantur alternis annis. argu. l. si cuius. §. si inter. ff. de vsufruc. ¶ Quarto q̃ eligatur idoneior. ar. l. ij. ff. depo. ¶ Quito & vltio, q̃ sit gratificatio populi: vt is rex sit quem voluerint in regem recipere. argu. ff. de lega. primo. lege si quis a filio. §. primo. & ff. de officio prẽto. l. Barbarius. Et sic nihil precise resoluit. Tamen in dubio videtur hanc vltimam opinionem approbare secundum doctrinam glo. communiter approbatam. in. l. qui filium. §. sabinus. in glosa finali. ff. ad trebell.

Possent pro confirmatione huius opinionis plura cumulari: sed timeo nimia prolixitate nauseam inducere: inter ceteros textus qui allegari possunt, multum mihi placet tex. in. l. tertia. §. si cum omnes. ff. ad silla. vbi habetur, q̃ si seru⁹ habeat duos dominos & aliqui aggrediantur illos diuisim/& in diuersis locis sic q̃ vni tantum auxilio esse possit/seruus liberatur nec tenetur senatusconsulto sillaniano gratificando vni ex quo vtriq; auxiliationis commoditatem impartiri non potest: sic videtur in proposito, cum ius primo-

geniture sit indiuisibile vt supra diximus. Ad hęc vide glo. in. c. venerabilem. de elect. extra archi. in. c. nos consuetudinem. duodecima distinctione. Panor. & docto. in. c. cum autem de iure patro. Bertachinum in suo tracta. de episcopo libro tertio. titu. de cõfirmatione episcopali.

Contra hãc quartam opinionem.

¶Sed contra hanc opinionem opponet aliqs quia sic alicui fauendum non est q̃ alteri fiat iniustitia & grauetur. cap̃. ex tenore de foro ꝓpe. extra. Et non debet vnius per alterũ deterior fieri ꝯditio, vt est vulgata regula iuris: & ita videtur q̃ hec gratificatio non valeat. Nam sic contingere posset q̃ gratificatio veniret in fauorem eius qui non esset primogenitus verus/alio vere priogenito excluso sine facto suo: quod quodammodo alienum est a iusto & equo, maxime quia grauis est casus e regno in seruitiũ, vt inq̃t Salustꝰ in Iugurtha.

Q̃ñq; rigor vincit naturalis equitatẽ

¶Rñde q̃d lex suadẽte publica vtilitate etiã contra naturalem equitatem est valida. Et iõ dicit glo. notabilis in. c. ius naturale. prima di/stin. q̃ ꝓ bono pacis vel publico quandoq; rigor introducitur in naturalem equitatem. de quo ibi latius vide per Feli. post domini. Ade etiam eundem Feli. latissime in. c. ecclesia. de constitu. extra. columna octaua/& sequen. vbi multa signanda cumulat. Et pro hoc adduco text. forsan de iure meliorem. in. l. pria. ff. de Incẽ. rui. & naufra. vbi pulcherrime dicit Iureconsultus vlpianus. Euidens & sãctissima cẽsetur seueritas per quam vtilitati publice consulitur. Et ideo dicit glo. notabi. in aucten. vt sine prohibi. ma. &c. inverbo extimamus/q̃ iniquum est non fallere regulam vbi iustitia suadet. de qua glos. meminit Panor. in ca. Intelleximus. columna secũda de iudi. extra. Tamẽ aliquem difficultatis scrupulum relinquere videtur Bal. in. §. penult. columna antepenulti. in titu. de his qui feu. da. possunt i vsi. feudo. vbi post Odofre. dicit singulariter q̃ equitates non habent in se pondus nisi legibus vel consuetudine prescripta sint roborate, etiam in materia feudorum. ¶Sed fouendo hanc opinionem hoc dictum Bal. non obstaret quia hęc gratificatio videtur esse legalis & iuridica, vt patet ex supra allegatis.

Q̃ñ equitas dicat hñre põdꝰ.

¶Questio vndecima.

¶Resolutio pro partu gemino circa primogenituram.

EXaminatis his quattuor principalibus opinionibus potuisset hec grauis questio distinctionis federe termiari. Sed quoniam distinctio & subdistinctio sepius iterata vt plurimum cõfusionem parit, vt ipsis rerum experimentis cognouimus: vt cũ diuo Marco Imperatore loquar in. l. ij. C. vt in posses. legato. Resoluendi modus a copiosissimo iuris interprete Feli. in arduis presertim materijs vsitatus plurimum mihi placuit per conclusiones, scilicet procedendo: quibus dilucide/vt credo/huius enigmatis veritas innotescet.

Distinctiones ex mẽbris subdistictis confusionem pariunt.

¶Prima conclusio.

WBi in geminis est qualitatum naturalium disparitas, is i iure primogeniture preferendus est, cui vberius natura ꝓuidit: vel qui est pregnantiori qualitate natura dotatꝰ.

Prima declaratõ cõclusionis.

¶Huius cõclusionis iustificatio duobus exemplis patebit. Primum. Si alter ex geminis masculus est fortior & robustior altero, tũc ille propter illam pregnantiorem qualitatem naturalem fortitudinis preferẽdus est: quia presumitur citius exiuisse de carcere materni vteri: vt dicit Bal. in §. itaq; in prima constitu. ff. vete. columna secunda. arg. l. si fuerit. §. primo in fi. ff. de rebus dubijs. de quo supra fecimus mentionem. Et ideo dicit florianꝰ de sancto Petro in. l. prima. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecisse dica. q̃ si in casu illius text. non apparet/quod animal aggressum fuerit aliud si vnũ est robustius altero presumitur ab hoc robustiori inchoatum fuisse cõgressum. & sic forte Bal. in. l. j. xij. questione. C. vnde vi. &. l. vt vim ad fi. ff. de iusti. & iu. & Io. de aua. in. c. significasti. columna decimatertia/in fi. de homicid. extra dum dicunt/q̃ si duo pariter se vulnerauerunt neuter tenetur, nisi appareat de insultu per. d. §. cum arietes. Potest limitari ex precedentibus, nisi sit presumptio prouocationis contra vnum ex eis quia robustior est altero vel animosior.

De materia aggressiõis.

¶Secundum exemplum erit quando vnus geminorum est masculus & alter feminini sexus/quia tunc propter illam pregnantiorem qualitatem & conditionem sexus masculini/masculus presumitur citius exisse de clausto materni vteri, & sic Primogenitus/quia maior est in eo vis quam in femina. Et de hoc

Scda declaratõ cõclusionis.

est text. rotundus in dicta lege si fuerit. in fi. ff. de rebus dubijs, vbi ita notat Barto. & ita expsse & in induiduo tenet glos. in dicta lege. Idem erit in verbo quo ad prin. ad hoc vide etiam bonum text. in. l. qui duos. §. si maritus. ff. de rebus dubijs vbi habetur, q; si maritus & vxor mutuo fecerũt pactum q; superstes dotem lucraretur si simul moriuntur: stipulatio de dote heredibus mariti competit nisi probetur illam superstitem viro suo fuisse: quia presumitur maritus superuixisse propter maiorem vim & fortitudiem sexus masculini. & de hoc vide Feli. in. ca. capitulum. s. crucis. columna decimaquinta. versi. de duobus natis de rescrip. extra.

Contra hanc conclusionẽ.

¶Sed obijciet aliquis & videtur q; per has presumptiones non debeat sic alter geminorum priuari & excludi a iure primogeniture. Nam regula est iuris q; quando tempus est fundamentum alicuius intentionis, illud debet precise probari alias probatio est inualida tex. est iuncta glo. & ibi not. Barto. & docto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nũcia. tex. & ibi no. Bal. & salice. in. l. fi. C. ne seruus ex facto suo glo. notabi. in. ca. venerabilibus /de senten. excommunica. in sexto. Vide Sozi. consilio quadragesimosecundo. columna tertia, ibi tunc succedit regula. & consilio. cclxxxiij. colum. iij. versi. preterea ad hoc. &c. Modo sic est q; iste geminorum qui pretendit se primogenitum nititur temporis prerogatiua qa prioritas in hoc consistit. & &c.

Qñ tẽp⁹ necessario probãdũ sit.

Que sit vera ꝓbatio.

Sed probando ex qualitatibus presumptiuis de quibus supra q; non precise de temporis prioritate ostendat. Probatur quoniam illa dicitur vera & propria probatio per quam non argumentis non presumptionibus sed clare intentio agentis deducitur. Feli. hãc regulam ponit in Rub. de proba. extra ad prin. per. ca. forus. §. causa. j. de verborum significatione & adducit inter cetera Ludo. de ro. in. l. prima C. de testa. mili. vbi dicit. q; probatio per presumptionem seu coniecturas non dicitur vera & propria probatio per. l. primam in ver. proprie. ff. si tabu. testa. extabunt. Sed dicit Feli. q; melius facit tex. in. l. Lutius. ff. de condi. & demonstra. vbi Barto. & Inno ita not. pro confirmatione adducentes diuersitatem esse inter titulum de proba. & de presumpt. vt videmus. Item & per illum text. vt dicit Bal. in c. primo in prin. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oria. in vsi. feud. vbi ꝓbaẽ /q; appellatiõe ꝓbatiõis plena ꝓbatio continetur. Et ita ergo videtur q; ratione huius presumptionis surgentis ex illis qualitatibus naturalibus etiã pregnantibus nõ sit sic ius primogeniture alteri geminorum adiudicandum.

Solutõ obiectionis.

¶Sed licet hec obiectio videatur prorsus destruere hanc conclusionem primam: tamen credo q; faciliter responderi poterit incorrupta & illesa conclusiõe nostra. ¶Aduertendũ est enim q; presumptiões sunt in duplici differentia pricipaliter, quedam hominis, quedã iuris. Bal. in Rub. de proba. C. And. Barba. in Rub. de proba. extra. columna vndecima. In presumptione hominis transeant allegata in hac obiectione: licet tamen in presumptione hominis non sit sine dubio, maxime quando presumptio est violenta. vt. c. afferte de presump. vbi docto. de quo vide Panormi. in. ca. is qui de sponsa. ad fi. & ibidem in addi. ad ipsum in verbo sentẽtiam. Sed in presumptionibus iuris non est dubium q; inducitur ꝓ tales presumptiones probatio etiam plena: vt est glo. reputa. singula. in. l. si tutor. C. de pericu. tuto. & curato. in verbo ostenderis. vbi dicit in fi. q; ꝓbationes legum liquidissime sunt Et ideo dicit Bal. q; quando ad victoriam reportandam requiruntur liquidissime probationes sufficit probare per presumptiones a iure introductas quia dicuntur liquidissime, vt in crimialibus. l. fi. C. de proba. l. absentem in prin. ff. de pe. quibus iure cauetur crimina liquidissime probanda esse: & tamen ad cõuincendũ aliquem sufficiunt presũptiones iuris. l. si qui adulter. C. de adulte. & idẽ in simi. Adde Barba. in Rub. de proba. extra colũ. xj. vbi pro hac predicta glo. in. l. si tutor adducit text. in. l. j. in verb. liquidis. C. de testa. milita. subiungẽs gñaliter q; actus presumptus a iure probatur eoipso q; non probatur contrariũ per glo. in. l. si creditor. C. de pigno. actio. & glo. in. l. ij. C. de erro. calcu. & in. l. ij. de peti. heredi. l. siue possidetis. C. de proba. l. in testamẽto. C. de testa. milita. & in. l. j. C. de fide instru. & iu. haste fisca. libro primo. Et iõ dicit ipse hoc casu non est frustrandus /aut onerandus quis superfluis probationibus per text. in. ca. sicut de proba. extra. & glos. in. l. super seruis. C. qui milita. non possunt. libro duodecimo. Adducit postea alias glo. in iure canonico & inuehit in legistas & canonistas quibus incognite fuerunt. Adde eundẽ Barba. in. d. ca. significatib⁹. eodẽ titu. de proba. extra. hic dicit Bald. in Rub. de proba. C. columna secũda. q; iudex est comparandus medico qui ex tactu, vita precedẽti & vrina iudicat de infirmitate. & ita non semper habet liquidam causam

Presumptio q̃dã iuris q̃dã hominis.

Iudex cõparat̃ medico.

infirmitatis: sed aliquando præsumptiuam. Et ideo Feli. in dicta Rubrica. de proba. columna secunda. versi. secda. conclusio dicit q̃ probans intentionem suam per præsumptiones vel coniecturas a iure approbatas perinde iuuatur ac si vere & proprie intentionem suam deduxisset. & pro hoc adducit text. in. lege si qs locuplex in fine. ff. de manu. vindicta. & lege dolum. C. de dolo. & capitulo secundo de renuncia. in sexto. & capitulo primo. & ibi Panormitanus de cleric. non residen. extra cum pluribus allegatis per eum. Dicit tamen hoc præsertim procedere quando sumus in materia quæ certitudinaliter probari non potest: quia tunc lex contentatur indicijs. Et quia Feli. nihil ad hoc allegat. vide duo notanda consilia. Alexan. vnum. clxvj. columna secunda. in fi. in secũdo volu. Alterum est. cxxj. in tertio volumie. quod est vltimum consiliũ illius volumi. columna penultima in fi. ibi benefacit. vbi post Bal. in. l. de pupillo. §. si quis ipi p̃tori. ff. de noui ope. nũcia. in. viij. questio. & l. si quis ex argentarijs. §. penulti. ff. de edẽ. dicit q̃ in his in quibus est difficilis probatio lex contenta est probatiõe per indicia & coniecturas per. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. cum alijs allega. per eum. Et subiungit Feli. loco supra allegato. q̃ hoc etiam procedit in statutis: in quibus probatio etiam per præsumptiones equipollet probationi vere secundum fulgo. in lege prima. C. de testa. mili.

Qñ ad indicia & p̃sũptiones sit recurrendum

An cõtra iuris p̃sũptionẽ p̃batio admittatur.

¶ Sed suboritur difficultas an admittetur p̃batio in contrarium. & videtur dicendum, q̃ non ex quo est præsumptio iuris per dict. ca. is qui de sponsa extra.

Præsũptio iuris simplex & duplex.

¶ Respondẽdum est, q̃ præsumptio Iuris duplex est quedam simplex/ quedam duplex. Prima Iuris tm̃. Altera iuris & de iure. secundum Panormitanum in dicto. c. is qui ad fi. dicentem vocabula ista esse magistralia & iure nõ cauta. Præsũptio iur̃ simplex est cum Ius in aliquo facto dubio præsumit sed non fingit intantũ q̃ pedes statuat super facto præsumpto sicut super vero: & contra talem præsumptionem admittitur probatio in contrarium: vt. c. continebatur de desponsa. impube. extra. c. proposuisti de proba. extra. Præsumptio autem duplex: id est iuris et iure est quãdo ius vltra præsũptionem procedit ad statuendum ac si ex facto præsumpto vere constaret: & contra illam præsumptionem nõ admittitur probatio in contrarium vt est tex. in d. c. is qui. & de. litter̃ de proba. & illud est qđ vult glos. in. c. fetrum. l. distinct. dicens/ q̃ cõtra omnem præsumptionem iuris admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat super illa præsumptione. Nunc sic est q̃ in proposito nostro ius super præsumptiõe illa q̃ masculus prius egressus fuerit q̃ femina expresse statuit. vt est text. ad litteram in. d. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. in fi. Et ita q̃tum ad casum illum vbi inter geminos esset diuersus sexus non videretur admittenda probatio in contrarium. Vbi autem gemini sunt eiusdem sexus et vnus est robustior altero, præsumptio illa q̃ vnus prior egressus fuerit iure non cauetur expresso. Et ideo in hoc casu videretur admittẽda probatio in contrarium: immo q̃ sit potius præsumptio hominis q̃ iuris nisi dicatur q̃ satis exprimitur ex coniecturata ratione illius. l. si fuerit iuncta glos. in. l. qui duos. §. si maritus. ff. de rebus dubijs. in verbo locum que dat rationem quare masculus præsumitur citius exijsse q̃ femina, quia masculus est robustior/ & femia debilior nec alia ponitur. Modo theorica est in iure vulgata/ q̃ vbi vna solum ratio reddi potest ex illa coniecturata possum⁹ legem perinde extendere ac si esset in lege expressa. Feli. hanc theoricam ponit in. c. translato. de constitu. extra columna fi. in fi. post Bal. in. l. maximum vitiũ. in sexta columna. C. de libe. preteri. cũ alijs allega. per eum & vltra eum. vide quæ late cumulantur per do. Iaso. in §. omnium institu. de actio. columna nona/ circa medium, adducens pro hoc glos. reputatam singu. in. l. q̃is. C. de fideicom. liberta. vbi etiam Bald. not. Plura etiam alia allegat que nõ curo trãsplantare inter cetera dicit: q̃ glos. illa in. d. l. q̃is non videtur sibi illud probare/ adducens aliam glosam expressiorem in clemen. Prima in verbo eligatur cum nota. ibi per Paulum de Leaza. de elec. in clemẽ. Modo in posito/ licet ergo textus ille de præsumptione inter masculos non loquatur, tamen ex ratione coniecturali potest ita intelligi: quia vt dicit Bald. in dic. l. q̃is tunc non dicitur interpretatio extensiua sed intellectiua: tamen securius credo q̃ ex quo iure expresso de hac præsumptione nihil est statutũ estimare debemus hoc casu præsumptiõem esse iuris simpliciter & non iuris & de iure: Ita q̃ admittatur probatio in contrarium per predicta.

Nota pro materia extẽsiõis.

Limitatio ad predicta.

¶ Immo inquantum supra dictum est q̃ vbi est præsumptio iuris & de iure non debet admitti probatio in contrarium, limitandum est nisi pars cui fauet contrarium fateretur: puta masculus feminam prius genitam, vt

voluit Cy. & communiter docto. sequũ. in auctenti. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & ita tenet Panor. in. d. c. Is qui. columna prima. versi. secundo. queritur adducens glos. in auctenti. de equalita. do. §. j. vnde sump. dicta auctentica. sed iam necesse. Adducit etiam Innocen. in. c. quia pleriq; de immunita. ecclesie extra. Vbi singulariť dicit, q; licet sñia transiuerit in rem iudica. tamen si pars pro qua est lata sententia fatetur eam iniustam debet illa sentẽtia retractari. quod plurimum signat ibi Panor. & ad extensionem illius dicti. vide in addi. ad Panor. in verbo retractari & vltra ibi allega. Adde Alex. in consi. ccxcix. columna scda in fi. Ibi si ergo. in secundo volu. & eũdem Alex. consi. ccxix. colum. fi. ibi bene facit vbi ponit aliam limitationem ad propositum nostrum q; contra presumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium nisi parte non resistente facte fuerint ꝓbationes in contrarium. secundũ Inno. in. c. fraternitatꝫ . de frigidi. & maleficia. extr. Nota hos casus quia nõ parũ est excludere partẽ a facultate probandi. Sed aduerte q; iste limitationes passim non procederẽt. vbi enĩ ageretur de rebus priuatorum satis possent habere locum quando ex eorum facto respublica non lederetur: secꝰ autem vbi esset questio de regno & principatu quia etiam ex confessione partis cui fauet duplex iuris presũptio non admitteretur probatio in contrarium, vt notabiliter voluit Panor. i. d. c. is qui fidẽ. de spõsa. extra columna prima. vbi dicit, q; ꝓtra presumptionem illius. c. pars in cuius fauorem ius presumit non tollit presumptionem per suam confessionem, vt in matrimonio. ergo a fortiori in istis principatibus in quibus magis est oculare reipublice detrimentum. Et hæc de prima conclusione.

Alia limitatio ad ꝓ dicta.

¶ Secunda conclusio.

VBi in geminis est qualitatum naturalium paritas vterq; in diuisibilibꝰ rebus ratione primogeniture competentibꝰ primogenitꝰ est censendus. Notanter dico / vbi est qualitatum naturalium paritas. quia vbi est imparitas satis superiore conclusione diximus. Secundo notãter dico, In diuisibilibus rebus quia secus in indiuisibilibus vt sequenti conclusione.

¶ Sed queritur que dicuntur res diuisibiles. Respondeq; omnis substantia patrisfamilias censetur esse diuisibilis inter filios etiam si sit feudalis regulariter specu. in titu. de feu. versi. xxxiij. queritur vbi ponit gñaliter hanc resolutionem, q; feuda quæ iure hereditario proueniunt diuisibilia sũt. Ad idem vide Bal. in. l. si plures. C. de condi. Inser. columna secũda versi. ¶ Item nota vbi dicit formaliter / q; feuda oñia regulariter sunt diuidua inter heredes qui sunt de sanguine: & omnes debent facere fidelitatem qui feudum tenent: subiungit qđ fallit in feudo frãco & feudo regali. De quo sequenti conclusione dicemus.

Que sint res indiuisibiles.

¶ Sed aduerte q; contra hoc videtur esse tex. formalis / in titu. de prohibitio. feud. aliena. per fede. §. preterea / vbi dicitur: q; ducatꝰ / marchionatus / comitatus & cetera feuda principatuum non diuiduntur. & ita gñalitas Spe. & Bal. videtur restrigenda per dictũ. §. preterea. Et ideo Barto. in. l. & ideo. ff. de condi. furti. dicebat / q; feuda diuidi non possũt nisi in casibus. d. §. preterea. Et ita sensit ipsemet Spe. questione. xxxiiij. eodem titu. de feu. Adde Gasparem filium Ioan. cãlde. in titu. de feu. consilio duodecimo . vel melius consilio tertio, quia reliqua consilia posita in illo titulo sunt aliorum doctorum dicit ibi Gaspar. q; feuda de sui natura sunt diuisibilia, dummodo non sint ea lege data vt non diuidanť: quia tunc contractus conuentione partium legem accipiunt. c. contractus. de regu. iuris. in vj. vel si sit tale feudum, qđ de sui natura non sit diuisibile: id est commode diuidi non possit. argu. §. quod si commode de officio iudi. institu. vt est regnum ducatꝰ vel marchionatus & reliqua alia feuda que per constitutioẽ Fede. prohibẽ. diuidi: vt. d. §. preterea. Adde Alexand. consi. xxx. in primo volumine, columna sexta. Quod consilium etiã ponitur in quinto volumine. consilio secũdo. vbi dicit Alexand. q; feuda omnia diuisibilia sunt nisi sit annexa dignitas. Adde Panorñ. consilio. lxxxij. colũna penultima. in primo volumine. consi. vbi etiam concludit, q; feudum regulariter diuidi potest per. d. §. preterea. Hoc tamen dummodo omnes vasalli concordent / alias non per tex. quem dicit ad hoc singula in. d. §. preterea ibi si consortes voluerint. Et pro hoc adducit text. iuncta glo. in clemen. sepe. de verbo. significa. in fi. Et ita dicit q; licet alias in diuisiõe bonorum sufficiat vnum ex socijs prouoca. vt to. titu. C. cõmuni diuidun. tamen hoc fallit in feu. quod dictum

Oppositio.

Que feuda sint diuisibilia

est multum singula. Sed vide Alex. in conci. vij. in. v. volumi. vbi formaliter ꝓtrarium concludit: scilicet ꝙ sufficit vnius ꝓuocatio. quod nota. Adde etiam ad p̄dicta Panor. in secūdo volu. conci. cōci. iij. colum. iij. vbi de diuisibilitate/vel indiuisibilitate feudi loquitur. Adde etiam Sozi. in primo volu. conci. lxvij. colum. vij. vbi etiam ponit hanc regulam ꝙ feudum regulariter est diuisibile per tex. in ca. Oēs filij si de feu. fue. contro. in vsi. feudo. Ita ꝙ solum fallit i feudis expressis in di. §. Preterea quem tamen. §. decem pulcherrimis declarationib⁹ modificat vt videre poteris per eum ad quem omnino in hac materia recurre: quia copiosissime loquitur. vide do. Iaso. i prelu. feudo. colū. antepenul. versi. vltra diuisiones bal. & nouissime dn̄m Franciscuinū de curte in suo tractatu de feu. in quarta par. q. xxx. colū. v. versi. ij. pricipalis regula vbi idē ꝓcludit vt supra.

Feudum regulariter est diuisibile.

¶ Ecce ex precedentib⁹ ergo colligere debemus ꝙ feudum oīe regulariter est diuisibile & ita inferendum est ꝙ in casu nostro i feudis vterq; geminorum habebit partem. In feudo debetur primogenito ratione iuris primogeniture: & ita dictante consuetudine Parisiensi ꝙ primogenitus habeat certam prerogatiuam in feudis vltra alios filios illa prerogatiua diuidenda erit in casu nr̄o inter istos geminos. Ex quo inferendum est ꝙ non semper est vera regula quā ponit Sozi. conci. cclij. in secundo volu. colum. xviij. ꝙ in feudis diuisibilib⁹ non seruatur Ius primogeniture: & eandem regulam ponit etiam cōci. cclxxviij. & conci. lxvij. colum. vij. in primo volu. & ante eum oldra cōsi. ccxxxvij. colum. prima. Alex. consi. lx. in prima colum. i tertio volu. & idē Alexā. consi. vij. in quinto. colum. prima. Nam videmus ex precedētib⁹ ꝙ est dabilis casus in quo feuda sunt diuisibilia: & tamē seruatur Ius primogeniture puta inter istos duos geminos de quib⁹ in proposito: qui prerogatiuam iure primogeniture competentem propter dubium prioritatis vel posterioritat̄ in nascendo inter se partiri debent.

Oppositio.

¶ Et si dicatur quomodo poterit fieri hec diuisio eius quod prouenit ex p̄rogatiua primogeniture. Nam ius primogeniture est idiuisibile vt certum est ergo. & res que competit ratione Iuris primogeniture est idiuisibilis: quia accessorium sequitur naturam pricipalis. l. cū principalis. ff. de regu. iu. ca. accessorium de regu. iu. in sexto.

Solutio. Sufficit respōdenti dare instantiā

¶ Respōdendum est ꝙ regula illa est brocardica. Item ꝙ sufficit respōdenti dare instantiā glo. reputata singula. i c. sicut vrgeri. prima. q. prima. Do. instantiam. Nā ius patronatus est indiuisibile in substantia: & tamen in fructu est diuisibile/puta in potestate presentandi cap. primo. de Iure patro. in clemē. plures eodem ti. colū. iij. per illum tex. adducens simile in iurisditiōe que potest esse apud plures in solidū: sed exercitium siue fruct⁹ iurisditiōis pro parte inquālibet est diuidendus. de hoc vide Rochum de curte in suo tractatu de iure patro. §. Ius colum. vij. versi. sexto quero & ita in proposito qñ res competens ratione iuris primogeniture est diuisibilis erit ius primogeniture penes ambos in solidum: sed prerogatiua iuris primogeniture apud quenlibet eorum pro pte. Nam prerogatiua diuisibilis est argu. l. Nā sat̄ §. si ergo. ff. quē admo. serui. amitta. l. q alie na. §. fi. ff. de nego. gesti. l. lutio. ff. de aqua quotidi. & estiua. Incorporalia em̄ licet nō diuidātur per se: tamen in consequentiam rei corporalis bene diuidunt̄. l. arbor. §. aquarum iter. ff. cōi diuidun. & ita voluit Bal. in di. §. ꝓterea colum. secunda ad prin. & in eadem colum. circa fi. dicit ꝙ secundū canonistas canonia nō potest diuidi/nec intēsiue/nec extensiue: quia nō habet partem de post partem si vno canonico mortuo duo eligantur vice illius nō fit diuisio: sed dualitas in prebenda de quo per docto. in ca. maioribus/& ca. dilectus de preben. extra. Ad predicta faciunt nota. per Barto. in. l. inter tuto. ff. de admīstra. tuto. vbi vult ꝙ si cōcessū sit a principe comiti feudum plurium castrorū & filij eius postea diuiserunt castra non dicitur propterea diuisa Iurisdi. ratione feu. cōpetens sed solum intelligitur diuisa adminīstratio. Accedat etiam quod dicit albe. de rosa. in suo dictionario in verbo feudum colum. iij. versi. his premissis ꝙ licet feuda dignitatum sint indiuisibilia: tamē bona temporalia eorum possunt diuidi subiungens ꝙ in quadā questiōe quam ibi refert Ray. de foroliuio & pluresalij docto. ita cōsuluerunt: de quo dicto Alberi. vide Frā cisqui. de curte in suo tracta. de feu. i quarta pte. q. xxx. colum. iiij. versi. decimo pro limitatiōe vbi ita simpliciter trāsit. de hoc vide Alexan. de Imo. consi. lx. colum. prima. & ꝓsi. vij. in quito volu. colum. secunda. versi. iiij. probatur. vide etiam sozi. lxvij. i primo volu. colum. viij. versi. ij. principaliter vbi plura adducit que videre poteris per eum.

respōdēti dare instā tiam.

Incorporalia ex cō sequentia diuidunt̄.

¶ Ex predictis ergo habem⁹ ꝙ isti gemini diuidunt inter se prerogatiuam competētem ratione iuris primogeniture. Et pro cōfirmatione huius conclusionis accedat maturum illud

Maturū consiliū.

consiliũ Petri de Ancha.ccvj.vbi dicit q̃ quando in aliqua materia sunt opiniones hincinde probabiles, laudatur iudex qui per medium diuidit materiam diuisibilem: quod dictũ Petri extollit feli. in ca.primo de ꝓstitu.extra colum.penul.& ita ergo vbi prerogatiua ẽ diuisibilis vterq; geminorũ semissem prerogatiue consequetur.

¶Tertia Conclusio.

IN geminis circa res indiuisibiles preferend⁹ est i Iure primogeniture is cui suffragatur possessio Pro hac conclusione habes glo. nota.in.l.Idem erit.ff.de statu hominũ in verbo questio i fi.vbi ita residet glo.similẽ faciens questionem: hoc modo tamen declarãdo:qa glo.ibi plures ponit solutiones hanc autem vltimã ponit,& sic approbare eam voluit secũdum q̃ ipemet accursius asserit in.l.qui filium.§.sabinus.ff.ad trebel.in glo.fi.vbi vult q̃ quãdo plures opiniones referũtur sine specifica approbatiõe vnius censeat vltia approbata.quod dictum etiam docto. communiter sequuntur.de quo vide Ioan.and.in ca.primo de senten.excommuni.in.vj.& cap.primo de penis in.vj.i nouel.Cy.in.l.prima.C de sacrosan.eccle.Barto.in.l.bona fides per illum tex. ff.depositi.Bal.in aucten.ex testa.colum.ij.C. de colla.Ioan.de imo.in ca.fi.colum.penul.de prescrip.Ludo.de Roma cõsi.lxxxtij.& adhoc etiam infinite docto.decisiones cumulari possent.Sed qm̃ inuehit glo.singula.i.l.sed licet.ff. de officio pñs.contra eos qui defectu legum vl̃ ignorãtia ꝓbationẽ glosarum inducũt. Ideo p p̃dicta glo.in d.§.sabinus adduco tres tex.vn⁹ est i.l.fi idem cũ eodem.§.si vna actio.ff.de iurisdi.omnium iudi.vbi ex illo tex.colligit Bal. Ange.& do.Iason q̃ vbi in lege vl̃ statuto referuntur plures opiniões in dubio vltima censetur approbata.quod dicit ibi do.Iason notãdum quando vel glo.vl̃ Innocen.vel speculator referunt pluralitatem opinionum:& nullã firmant. alius est tex.in ca.capellan⁹ de ferijs in verbo posteriori sententia:vbi ita no.docto. communiter alius & tertius satis peregrin⁹ allegari potest in ca.liquido de consecra.distinc.ij. vbi dicitur q̃ Christ⁹ quo firmi⁹ commendaret mysterij alti tudiem sacramenti eucharistie vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorie discipulorum a quibus erat ad passionẽ digressurus:& per illum tex.glo.ibi infert q̃ pacta nouissima validiora sunt per.l.pacta.C. de pactis,sicut alias inquit Tullius in Rheto. argumenta validiora in fine fiunt:& quod nouissime fit inspicitur.l.si quis ante.ff.de acqui. possess.

Inter opiniões glo. vltima p̃ualet.

Cõtra allegãtes glo.

¶Ex predictis habes firmatum q̃ Accursius voluit in hac opinione residere q̃ sit inspicienda ꝓmoditas possessionis.quod nota.quia nõ parum ẽ habere opinionẽ glosatoris pro se: quia presumitur ceteris melius intellexisse vt inqt Bar.in cõsi.incip.andriolus:ideo dicit Iaco.butriga.in.l.prima.C.qui ꝑ sua iurisdictione q̃ in dubio iudicandum secũdũ opinionem glo.hinc etiam dicit And.barba.in R.de testa. extra in repeti.colum.xlij.q̃ sicut agn⁹ coram tondẽte auctoritati glosarum acquiescit. & idẽ barba.in ca.cum.m.ferra.de constitu.extra colũ.xiiij.inuehit ꝓtra eos qui detrahunt opinioni glose per illud quod habetur Cãticorum.v. ca.percusserũt me vulneraverunt me/tulerũt pallium meum custodes murorum.Nam iurisperiti debẽt/ dicit ipse/seruare honorẽ & auctoritatẽ glosato. De auctoritate autem glo.si vis cumulationem/vide do.meum do.Iaso.in .l.vt vi.ff.de iusti.& iure Mattheum matheslanum in suo tracta.de eligend.opinio. Anto. corsetum in fine repertorij ad Panor.§.de auctoritate glo.

De auctoritate glo. ordinarie.

¶Sed pro ampliori corroboratione huius cõclusiõis vltra auctoritatẽ glose ordinarie adde bal.in ca.capitulum.s.crucis de rescrip.extra. vbi dicit q̃ si duo impetrauerunt potestatariã bononie sivnus est in possessione alter nõ/presumitur pro possessore:quia ex eo q̃ possidet plus iuris habet eo qui non possidet. argumẽ. l.fi.vti posside.ff.& possessor⁊ causa melior est dicit specu.in titu.de lega.versi quid si actor & idem i titu.de loca.§.sexto.versi.lxvj.queritur vbi dicit q̃ possessor habet plus iuris in retinẽdo q̃actor in agendo. Hinc dicit Ange.in.l.& ideo.ff.de cõditiõe.furti.q̃ possessor presumitur dominus in iudicio diuisionis.adde etiam sozi.consi. cclxxviij.colũ. penul.versi. preterea licet:vbi dicit q̃ quando non appet de prioritate prefertur qui est i possessiõe secũdũ bar. in.l.prima.§.primo.ff.de bono possess.Illa eñ est natura possessiõis q̃ releuat ab onere probandi sozi.cõsi.clxxxj.colum.secunda.versi. his tamen non obstantib⁹:& consi.ccxvij.colnm.prima in secundo volu.& sic satis ergo erit firmata hec conclusio nostra.

Cõfirmatio huius cõclusiõis.

Natura possessionis.

¶Sed quia hec conclusio ponit in rebus indiuisibilib⁹:Quero que sint res indiuisibiles?Solutio huius questionis pendet ex ijs que dixi-

Que sunt res indiuisibiles.

mus in questiõe precedenti q̃ feuda dignitatum dicũtur res indiuisibiles per ea que ibi diximus. quibus adde quod tanta est indiuisibilitas in illis feudis q̃ si tale feudũ duobus esset concessum vno decedẽte sine herede: licet regulariter non haberet locum Ius accrescendi: tamen alteri: scilicet superstiti, accresceret propter naturalem indiuiduitatem ipsius feudi. Alexan. de imo. cõci. secundo in quinto volu. scdm Iaco. de bello visu aud. de iser. & bal. i ca. de duob⁹ fratrib⁹ de nouo benefi. iuesti. idem Alexan. conci. sexto in eodẽ volu. vbi dicit q̃ quis alias in facti cõtingentia requisitus consuluerit feudum simplex posse diuidi etiam si vnus ex vasallis habentibus feudum commune contradicat: tamen in feudo comitatus ducatus vl' marchionatus dicit nunq̃ se consuluisse q̃ inuitus vasallus possit ad diuisionem faciẽdam a socio compelli propter tex. apertum in d. §. preterea & glo. fi. in ca. licet de voto extra. & glo. in. l. cõi diuidun. in prĩ. ff. de cõi diuidun. adde etiã eundem Alexan. in quinto volu. conci. vij. vbi post And. de Iser. in ca. primo §. Item si duo. in titulo quib⁹ mo. feu. amitti. dicit q̃ feudum iter heredes est diuisibile sicut alia hereditas patrisfamilias diuisiõe nedũ voluntaria: sed & necessaria per prouocationẽ: scilicet vt to. ti. ff. et. C. fami. hercis. nisi in feudo marchie comitat⁹ / & alijs de quibus in di. §. preterea quod latius declarat vt videre poterꝫ per eum.

De cõsuetudine circa feuda.

¶ Sed aduerte q̃ licet de iure hec oĩa feuda dignitatum videantur esse indiuisibilia: tamẽ de consuetudine secus secundum Ioan. And. in addi. ad Specu. sub Ru. de feu. colũ. penul. versi. nõ omittam, vbi dicit q̃ communiter in Italia & certis partib⁹ Alemanie dignitates p̃ter regales diuiduntur: scilicet ducatus marchionatus comitatus & similes que predictam cõstitu. federi. & subiungit q̃ defenditur hec cõsuetudo: quia Imperatoribus scientibus est introducta quod necessarium est ad introducẽdam consuetudinem legi cõtrariam argu. l. de quibus. ff. de lega. & pro hac cõsuetudine que facit feuda ista dignitatum diuisibilia inducuntur leges iste. ff. de contrahẽ. emp. l. si in emptione. §. omniũ &. ff. de mune. & hono. &. l. munerum. §. iuxta versi. sed ea que &. ff. communia predio. l. venditor. §. si ꝑstat ei de aqua pluuia arcen. l. prima in fin. & de aqua quotidia. & esti. l. hoc iure. §. ductus aque. De hac consuetudie meminit Oldra. cõci. ccxxxvij. colum, prima in fi. meminit Alexan. conci. lx. in pria colum. in tertio volu. conci. dicens q̃ hec cõsuetudo presertim seruatur in Lombardia secundum And. de Iser. in c. omnes filij in titu. si de feudo fuerit contro. inter do. & agna. & in d. §. preterea de hac etiam consuetudine meminit Alexan. in cõci. sexto quinti volu. vbi dicit q̃ ad istam consuetudinem introducendam non sufficeret probare q̃ seruatum fuerit de cõsuetudine q̃ talia feuda a sponte volẽtibus aut cõsentientibus fuerint diuisa: quia talis consuetudo non derogaret iuri communi quãtum ad hoc vt vno vasallo contradicente possit procedi inter eos ad diuisionem necessariam, & pro hoc adducit Oldra. ꝑci. supra allega. de hac cõsuetudine q̃ scilicet diuidantur feuda dignitatum. vide sozi. conci. lxvij. colum. septima vbi pro corroborãda validitate hui⁹ ꝑsuetudinis facit hoc fundamẽtum. Nam ea que sunt quesibilia per priuilegium possunt induci per consuetudinem. Innocẽ. in ca. nouit extra. de iudi. Oldra. cõci. xlvj. etiam si solus princeps possit concedere. l. j. C. noua vectiga. &. l. non quidẽ & ibi Cy. C. eo. ti. ca. super quibusdã de verbo. signifi. extra. Sed talis diuisio feudorum dignitatum potest permitti a prĩcipe secundũ And. de Iser. & Iaco. aluarotum i d. §. preterea ergo potest consuetudo induci. de hac cõsuetudine vide Franciscum. de Curte in suo tractat. feu. in quarta par. q. xxx. colum. secunda. versi. secũdo limitatur: & post Franciscum. vide quendã neotericum Bartholomeum de Chasseneux in commento ad consuetudines Burgũdie in Rub. de feu. §. sexto vbi inuerecunde nimis dicta ipsius Francisq. transplantat non citato auctore: & sic tãq̃ in formis cornicula alienis floribus se adornat vt inquit Hieronym⁹ in prefatiõe translatiõis didimi: & post ipsum refert Ioan. And. in nouella super decre. ad prin. colum. secunda.

Pro introductione ꝑsuetudinis.

Quesibilia priuilegio pñt induci ꝑsuetudine.

Nota contra inuerecũde arrogãtes sibi dicta aliorum.

¶ Et licet aliqui doc. excipiãt ab hac cõsuetudie dignitatẽ regal'ẽ, tñ Bal. in d. §. p̃terea generaliter loquitur de quibuslibet dignitatibus. & idem apertius dicit in ca. primo de feudo marchie q̃ in regalibus quantum ad successionem feudi seruanda est cõsuetudo per ca. j. de aliena. feu. in fi. qd̃ dicit corde tenẽdum: quia frequẽs est mors regum & dñorum: & ita nullũ discrimen facit inter regna & dñia inferiora.

Qd̃ regnum sit indiuiduũ.

¶ Sed quoad regnũ istud nunq̃ mihi placuit: qm̃ hoc est ꝓtra ius diuinum regni sectionem expresse prohibens per illd̃ omne regnum in se diuisum desolabitur: & ita cõsuetudo ad abrogationem illius iuris diuini induci nõ potest per nota. in ca. fi. de consuetu. extra.

¶ Secundo improbo supradictam generalita-

tem bal. per id quod ipsemet bal. dicit i. l. si plures. C. de condi. inser. colum. ij. vbi ponit regulam q̄ omnia feuda regulariter diuisibilia sunt & subiungit, fallit in feudo regali dignitatis per dictam auctoritatē euangelicam omne regnū &c. dicens q̄ illa est natura feudi illi⁹ quam assumit ab origine omni extranea coniunctiōe cōscripta. sunt verba Bal. & ita sonat specialitatem inesse debere in regno. est etē nō dignitas tm̄modo: sed poti⁹ dignitatum culmen: qa omnes dignitates a principe tanq̄ a fonte defluunt vt inquit Bal. in cap. j. ad prin. quis dica. dux vel co. in vsi. feudo. & iō dignū est regnum speciali nota & signaculo vt in simili dicit glo. in ca. secundo de preben. in sexto in verbo dignitatum per. l. Item apud labeonem. §. hoc dictum. ff. de iniu. ca. quia periculosum de sentē. excommuni. sexto cum simi.

¶ Tertio ad designandam inseparabilitatem regie dignitatis adduco quod ipsemet Bal. dicit in auctē. hoc amplius. C. de fidei cō. colū. secunda versi. oppo. vbi dicit q̄ corona datur regi que non diuiditur: & rex significatur per corpus illud sphericū corone: cuius figura destrueretur si diuideretur i partes: & ideo dicit Boetius lib. iiij. de philosophica consolatione. Nosti ne igitur omne quod est tam diu manere q̄ diu vnū sit: sed interire atq; dissolui pariter atq; vnum esse desierit. & ita ergo nō valeret talis consuetudo que induceret diuisionē tanq̄ contra substātiam rei vt est glosa notabi. in ca. non putamus de consue. in sexto. alie rationes possent cumulari per indiuiduitatē huius dignitatis regie: de quibus latius dicetur libro secundo in q̄stione an filius primogenitus succedat in regno & quare. Et ad cōfirmationem precedentium aduerte q̄ Ioan. And. Oldra. & alij qui de consuetudine predicta locuti sunt, semper cum mysterio exceperūt dignitatem regiam.

¶ Nec mihi placet q̄ aliqui volūt vt fiat diuisio intellectualis tm̄modo vel interpretatiua: ita q̄ alternis annis potiant: sic diuidatur administratio & nō regnum: quia indubie maxima inde sequi posset reipublice pernicies. Nā pro eo tēpore pro quo vn⁹ administraret adeo populi sanguinem exhauriret vt vix precariū relinqueret spiritum vt eleganter inquit Anbarba. in repeti. Rub. de testa. colum. sexta circa medium & ca. j. colum. vndecima de p̄stitu. extra. & ideo alibi dicitur nō parcit populis regimē breue. de quo vide glo. notab. & expressam in ca. hinc est. xvj. q. prima in verbo detrimenti. vbi pillud dicit q̄ solent abbates in epis

Quid cor̄oa regia designet.

Cōtra principes auaros.

Non p̄cit populis regimē breue.

copos electi dispergere res ecclesie sue cum se recessuros sperāt. Et hoc (vt aiūt) adamussim practicant gubernatores p̄cipum. q̄diu etē gratī sunt incredibilem nummorū congeriem cumulant rerū instabilitati prouidentes ne forsan vel principis morte vel aulica suggestione extrusi inopes abeant. nouit deus/norūt & homines: sed angeronam effingere satius. Verē dum est etē nedum celum custoditur terra amittat̄ vt bellissime inquiebat Demades ille philosoph⁹. Veritas em̄ odium parit inquit Terentius. quē refert feli. in ca. si q̄n de rescrip. extra subiungens oportere eum ambulare inter laudē & placentiam non versus veronam qui vult placere principib⁹ secundum Pium summum pontificem in epistola ab Bersium. Ecce ergo nullo modo mihi placet hec diuisibilitas in regno vt satis patet ex predictis.

Cōtra aulicos.

Dictū Demadis.

¶ Sed fortissime obiciet aliquis, legitur in gallica historia regnum Francie in quattuor filios Clodouei regis diuisum. Theodoric⁹ etē medomatricos siue Metenses habuit. Clodomirus genabum siue Aurelianenses. Clotarius Suessonienses. Childebert⁹ Parisios. Et ne dicas q̄ vna hirundo nō facit ver: legitur etiam filios Clotarij apud quem reliquorum fratrum portiones hereditarioiure deuenerant/iterato regnum Frācie quadrifariam diuisisse. Aribertus em̄: quia primogenitus Parisiensibus Gontranus Aurelianensibus: Sigibert⁹ Metensibus: Chilpericus Suessionensib⁹ dominatus est. qđ & in alijs accidit vt apertius norunt historiographi: & ita videtur q̄ regnum sit diuisibile.

Obiectio innuēs regni diuisibilitatem

Historia gallica.

¶ Cogita si dici potest q̄ inter tales fratres fuerit facta diuisio ꝓpter suspitionem rixe vel scā dali inter fratres iuxta ea que pulcherrime dicit Alexan. de Imo. in cōsi. vij. quinti volu. colum. secunda in fi. versic. sexto probat̄ vbi expresse quasi in his terminis dicit q̄ feuda que de sui natura non possunt scindi vel diuidi propter substātiā cause possunt diuidi arg. ca. vacante iuncto. ca. maioribus de p̄ben. extra iuncta glo. fi. in ca. si heredes de testa. extra q̄ feuda dignitatum & beneficia equiparat, & p̄ cōfirmatione adducit Alexan. vbi supra. dictum Bal. in. l. ordinarij. C. de rei vendica. quarta colum. & l. j. C. de ꝓhibi. sequestra. vbi tenet q̄ licet regula sit q̄ sequestratio sit prohibita, fallit vbi partes ꝓtendentes de possessione essent in procinctu armo. quia tunc deberet iudex p̄cedere ad sequestratiōem per. l. fi. ff. de officio procurato. cesa. & l. si cui⁹. §. si inter duos cum. l. equissimum in pri. ff. de vsufruc. notat Inno-

Responsio

De sequestro.

cen. in ca. in presentia de proba. & Spe. ti. de se questra. poss. & fruc. §. primo versi. primo. Pro hac prima respõsione. vide Sozi. conci. lxviij. in prio volu. colum. x. vbi idem sentit qđ Alex. vbi supra, licet eũ nõ referat. vide etiã Frãcisq. de curte in quarta par. tract. sup feudis. q. xxx. colum. iij. versi. vij. Fallit principaliter: & hec prima responsio satis congruit dispositioni illius temporis. Facile eteñ tunc erat in seditiones proruere facinorosas cõtẽpta iustitia vt plane tempestatis illius gesta demonstrãt.

¶ Scđo dici potest qꝺ vnus tñ erat rex: aliꝭ autem erant terre assignate dependentes a regia dignitate ꝓ victu: quod videtur eẽ permissum a iure secundum Sozi. in ꝓci. lxij. in prima par. colum. viij. versi. quarto respõdetur quod prosequi possumus vt per eum, alias eñ non poterat regnum diuidi iter eos quantũcunq; ex voluntate eorum fieret vt per Franciscum. de curte vbi supra questio. xxx. colum. prima ad pri. in ampliatione prime regule secundum istam solutionem videmus adhuc hodie seruari qꝺ filiꝭ regum aliꝭ a primogenito dãtur certi ducatus & comitat⁹ in appanagio. Durum enim esset qꝺ primogenito in dignitate regia triumphante reliqui mendicarent. de quo latius dicetur infra secundo libro.

¶ Tertio potest dici qꝺ illa regna tunc erãt diuersa: & ideo is qui dominabatur apud Suessionenses rex Suessionensium dicebatur, & ceteri respectiue ad suos principatus: qa erãt regna discreta & separata & partitione inter filios nõ sequebatur regni sectio. Hec sint obiter dicta & in transcursu, cogites tuipse. Quicquid sit, non possum mihi persuadere qꝺ diuisio dignitatis regie consuetudine introduci possit, vt supra diximus: in reliquis autem dignitatib⁹ inferioribus satis assentio. Hinc est qꝺ in regno Francie feuda sunt redacta ad instar patrimoniorũ de consuetudine. de quo vide tres viros eruditissimos practicos ita asserentes, Ioã. fa. in prohe. institu. & in ti. de rerum diui. ad prin. & in ti. de legiti. agnato. tutella ad fi. & i ti. de erẽptio. & vendi. ad prin. & §. Item seruiana de actio. institu. & in aucten. ingressi. C. de sacrosanc. ec. Secũdo vide Pe. Iaco. in sua practi. i materia feu. Tertio vide Guido. Pape i suis singula. singulari. cccclxxxiij. in fi. Item in cõsiliꝭ suis in prima par. cõci. xviij. colum. iij. versi. sed cum hodie de consuetu. & in tertia parte conci. clxxvj. colum. quarta, vbi dicit hanc consuetudinem procedere: & in successio. & in alienationib⁹ vide etiam eundem Guido. in suis decisio. deci. lix. &. ccxcvij. Quibus viris de consuetu. attestãtibus credẽdũ est, vt notabiliter dicit quidã Ioan. lupi de palatijs rubeis i repe. R. de dona. inter vi. & vxo. colum. xxxiiij. adducens glo. in auctenti. equalitas. C. de pac. inter empto. vbi Accursius testificatur de consuetudine & maxime quia isti boni viri de consuetudine sue ꝓuincie attestãtur, nostrates eteñ fuerũt: de hoc vide per dictũ Io. lupi late vbi supra post Bart. in. l. de quibus. ff. de legibus colum. xj.

Viris doctis & practicis de ꝓsuetudie attestantib⁹ est credendum.

¶ Quarta Conclusio.



In geminis neuter est i possessiõe rerum indiuisibilium, locus est gratificatiõi. Alterum eteñ isto casu de duobus ẽ ne cessariũ, vel quod sequamur iudicium sortis, vel recurramus ad gratificationem. hoc autem sortis iudicium nunq̃ placuit viris probis, signanter vbi de salute vel iactura reipublice agitur. Nam vt inquit Tulli⁹ libro primo de diuinatiõe. Sic eñ profecto res habet, vt nunq̃ perfecte veritatem casus imitetur. Non solum eteñ (vt idem in Amicitia inquit) ipsa fortuna ceca est: sed etiam eos plerũq; cecos efficit quos complexa ẽ. Idcirco interrogatus Chilo qđ esset fortuna? respõdit, ignarus medic⁹ multos excecãs. hinc Seneca Tragedia. viij. Ceca est (ait) temeritas que petit casum ducẽ. Salustius de fortuna loquens, ea res (inquit) cũctas ex libidine magis q̃ ex vero celebrat obscuratq;. Tulli⁹ i Paradoxis. Cui spes oĩs & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil certi esse potest. hic dicebat Pallades grecus. Non rationem, non legem nouit fortuna. Ecce vides q̃ periculosa sit principis a sorte creatio. & maxime quia in sortis iudicio sepissime fraus adminiculatur, vt de Dario legitur apud Iusti. in fi. lib. primi. q fraudulose primarij equi hinnitus auspicio Persaꝝ regnum sibi vẽdicauit. Eligibili⁹ est ergo iudicium quod a gratificatione pendet geminorum. Nam (vt inquit Tullius libro secundo de diuinatione) formas esse similes, vitam plerunq; disparem videm⁹ Ideo vt congruentius deligi possit reipublice aptior idoneiorq;, ad gratificationis iudicium tuti⁹ recurretur q̃ fortune. vbi enim (teste Aristotele) plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna. Plura quippe scrutanda in eligendo principe aut alteri gratificando. Imprimis dignioritas perpendenda est, qm̃ dignioribus dignior loc⁹ debetur. viij. q. prima. ca. istud & lxiij. dist. c. metropolitão c. dilecti de elec. extra in verbo digniores cap. cum olim de consue. l.

Contra iudiciũ sortꝫ

Pro iudicio gratificationis.

De qualitatib⁹ considerãdis i gratificãdo.

Dignitas

In regno Frãcie feuda sunt redacta ad instar reliquor⁹ patrimoniorum.

atqui origi.§.si preses.ff.de mune.& hono.in auctē.de ꝓsu.§.fi.in verbo dignos cū simi.& iō dicit philosophus secūdo Rhetori.q; dignum est dignos principari.

Peritia rei militaris.

¶Item considerandus peritior in arte militari:ideo Ioan.de platea.l.prima.C.de condi.in horreo publico notabiliter per illam legem inferebat q; in electione officialium consideranda est artis peritia. hinc Tulli⁹ in oratione pro Pompeio inquit. Imprimis in imperatore deligendo scientia rei militaris requiritur.quod etiam testatur Vegetius in prohemi.de re militari dicens,q; nullus quem oporteat vl' plura vel meliora scire q̄ principem:cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.si eñ(vt inquit idem vegetius lib.iiij.)doctrina cesset armorum nihil paganus distat a milite.

Virtus.

¶Item considerandum est quis virtuosior.p̄ferendi eñ sunt quos commendat ingentior excellentia meritorum.cle.vno in prin.de reliquis &veneratio.sancto.l.vnumq; ad prin.C. de proxi.sacro.scrini.lib.xij.ca. vulterane.xij. q.secunda. virtutū & premia tribui merentib⁹ cōuenit .l.& virtutum.C.de statuis & imaginibus.hinc dicit Hieronymus in ca.omnes.§.exhis.xxviij.dist.q; virtutibus Romani ꝓmeruerunt imperium.pro quo facit elegantissimum dictum Ciceronis in oratione pro Murena sic inquiētis.Reipublice virt⁹ prestat ceteris omnibus:hec nomen popu.Roma.hec huic vrbi eternā gloriam peperit:hec orbē terrar⁹ huic impio coegit.omnes vrbane res:hec nostra p̄clara studia:hec forensis laus& industria latent in tutela ac presidio bellice virtutis.

Auctoritas.

¶Item perpendēda est vtriusq; auctoritas:iō dicit Franciscus Petrarcha i epistola ad Luchinum q; inter alia que requirunturi Imperatore debet esse auctoritas.vbi eñ est auctoritas/ ibi nec timor hostium nec subditorum,& itelige auctoritatem pro quadam reputatione siue estimatione argu.l.cognitionum.§.primo i verbo estimatio.ff.de varijs & exordi.cogni.

Felicitas.

¶Item considerāda est felicitas:& ideo dicit Vegetius libro tertio de re milita.Rem militarem virtute sola vel certe felicitate creditur cōtineri.hinc dicit Titus Liuius lib. prio q; Marcus Furius camill⁹ ob continuam felicitatem contra Veientes dictator erectus. de quo etiā per Tullium i oratione pro Pompeio & in alijs locis si discurrere liceret.

Fortitudo.

¶Item fortitudo dimetienda est. hinc referēte Plutarcho dicere solebat Chabrias q; formidabilius est ceruor⁹ agmen ductu leonis q̄ leonum ceruo duce.hinc dicit Ange.in.l.si duob⁹ ff.de testa.milita.q; in milicia potius est attēdēda fortitudo q̄ origo.Intelligo tamē de fortitudine iuste qualificata secundum tex.in auctēt. vt omnes obediant iudi.pronuncia.circa prin.

¶Item consideranda est pulchritudo iuxta illud Porphyrij.Species Priami digna ē Imperio.hinc Virgilius.Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. Accedat aureum dictū Frācisci Barbari in libello quem de re vxoria edidit.vbi inquit. Formosos cūcti diligūt:dignos credūt imperio:eis facilius obsequuntur. & iō dicit Buridanus primo Politico.q.ix.q; ille inter ceteros eligend⁹ est cuius aspectus augmētare potest amorē in subditos:& timorem hostibus inducere. Pulchritudo.

¶Plures etiam alie qualitates exactissime inquirende sunt in eligendo sibi principe.de quibus cumulatius q̄ alibi videre poteris per Bartholomeum cepolam in suo tractatu de Imperatore deligēdo.Que oīa si adamussim electores Imperij perpēdissent,Christianissimum & reliquorum principū consummatissimū Franciscum Francorū regem meritissimū in nouissima impij vacatiōe dubio,peul eligissent:sed caro & sanguis,auriq; sacra fames germanica(vt inqt Herodian⁹ angelo politiano interpte)neglecta publica priuatā(vt aiūt)vtilitatē psuasit.

¶Ecce ergo ex predictis luculentissime constat q; satius sit gratificationis iudicium sequi quo facile est optimum principem imperare, q̄ sortis aut fortuitum:quo vix euenire potest vt probus & reipublice accommodus preficiat.

¶Ad quem autē spectet gratificatio aliquid diximus supra quando opinionem Francis.de aretio retulimus:qui volebat gratificationem ad patrem spectare vt videbis per eum in.l.ex duob⁹.ff.de vulga.& pupil.& idem tenuit Prepositus in ca.per venerabilem.§.q̄d autem colum.xxxiij.qui filij sunt legiti.extra. Ad quē pertinet gratificatio.

¶Sed certe plus mihi placet opinio Bal.in.l. exhoc iure.ff.de Iusti.& iu.vbi tenet in secūda colum. q; hoc casu electio aut gratificatio debeat fieri per regnicolas.s.per magnates & populos regni.& ita etiam tenuit Pe. Iaco.in sua practica i titulo de arbore successiōis regni Frācie.de quo supra meminim⁹. & hec profecto via est longe tutior q̄ gratificatio solius patris. Integrum etem est iudicium quod plurimorum sententijs cōfirmatur ca.prudentiam §.prio de officio & potesta.iudi.delega.extra & per ampliores homines pfectissima veritas reuelatur li.vlti.C.de fideicom.cum simi.

¶Aduertendum est tamen q; nollem sic precise intelligere q; omnes & singuli de populo

euocentur quia scio q; tanta vniuersitas non facile congregatur vt est tex. in lege secunda §. deinde quod difficile. ff. de orig. Iu. Item quia populus est docendus non sequendus. c. docendus lxij. et lxi. c. miramur. l. decurionũ. C. de pe. hinc q; non potest habere Ius eligendi. cap. osius de elec. &c. vbi glo. rationẽ adducit in verbo populi qa sepe aut gratia hoc faciunt aut precium inde recipiunt. cap. si ergo viij. questione prima. Et ideo dic q; debent principaliores ex omnibus ciuitatibus simul comparere: vt hic in Francia quando fit congregatio quattuor statuum regni. Minus etenim presumitur pro toto populo q̃ pro aliquibus prudentibus de populo dicit formaliter Panor. d. c. osius columna secunda, rationem assignans quia in toto populo reperiuntur multi viles non habẽtes rectum iudicium rationis sed corruptibiles Ita ad verbum dicit Panor quod not. perpetuo.

Populus est docẽd⁹ non seq̃ndus.

De cõgregatione quatuor statuum regni frãcie.

¶ Ex predictis habes igitur ordinatissime determinationem huius subtilis questionis nondum vsq; ad hæc secula plane extricate, ex qua fit concordia inter diuersas doctorũ opiniones supra relatas. Mediã etenim quandã viam elegimus iuxta concilium Imperatoris in auctentico. de consu. §. post predictam & in auctentico de triente & semiss. §. hoc a nobis vbi glo. adducit illud Reb⁹ eñ mediis gratia maior iest. & ideo dicebat Naso In metamorphosi. Inter vtrumq; vola medio tutissimus ibis. ad quod vide Spe. in titu. de aduo. §. v. versi. cum autẽ. Hanc igitur viam tanq̃ reliquis tutiorem delegimus.

Media via eligenda est.

¶ Questio duodecima.

¶ Vtrum natus ante regnum adeptum vel natus post censeri debeat primo genitus regis.

HEC QVESTIO est ardua et multum notabilis: & quia sepissime occurrere potest, plenius attingẽda vt inquit Paulus iureconsultus in lege legaui. ff. de libera. lega. ibi, & plenius rogo quæ ad hæc spectant attingas, quotidiana enim sunt. Et ibi glosa in verbo quotidiana dicit. Et ideo tractanda & fauorabilius admittenda, per Legem Iusto. in prin. ff. de vsucapionibus & nedum publicarum sed & priuatarum disceptationum rectificatrix esse poterit.

¶ Super hac questione scribentium diuersitas obnubilationem quandam causat. Quanto etenim precedens questio rara & abscondita videbatur tanto hec trita & vulgaris. Sed ad id examinationem nostram profuturam spero, quod hactenus non tam clare non tam lucide explanata fuerit, vt patebit ex discursu.

¶ In hac ergo questione dic quattuor fuisse principales opiniones.

¶ Prima est opinio vt distinguatur inter regnum auitum & regnum paternum siue aduentitium. Auitum appello quod auorum prouenit successione. Paternum autem quod a pre cepit horũ filiorũ iter quos de successiõe agitur: vt si regnum patri donatum fuerit vel ad id electiõe assumptus fuerit/aut alia ex causa de nouo aduenerit. Nam secundum huius opiniõis assertores si sit regnum auitum natus ante regnum adeptum dicitur primogenitus. Si vero sit paternum natus tantummodo post regnum adeptum, dicitur filius primogenitus regis. Huius opinionis fuit Cy. in lege Imperialis. C. de nup. in fi. per. l. moris. §. sed iste. ff. de pe. & ponit Cy. casum de Rege Karolo qui dum erat comes puincie procreauit filium, postea debellato & cõuicto Manfredo fact⁹ est rex Sicilie per ecclesiam hoc acto vt primogenitus eius esset Rex ipso defuncto & ab humanis sublato. Post regnum sic adeptum in premiũ victorię sue/ quoniam ecclesiam a dira dicti Manfredi Tyrãni de Karol⁹ iste liberarat vltra filios quos ante regnum habuerat alios suscepit. Vnde orta fuit quæstio quis filiorum ipso Karolo decedente deberet succedere in ipso regno Sicilie, vtrum primogenitus natus ante regnum adeptum vel primogenitus natus post adeptionem regni & dicit/ q; videt text. in eadem lege. Imperialis probare q; natus post Regnum adeptum debeat obtinere, quia dignitas annexa regno non transit ad filios quesitos ante regni adeptionem, quia non potest dici filius regis qui natus est anteq̃ pater esset rex: vt ibi etiam per glos, & hoc in hoc casu/ quia secus si dignitas Regia ipsi Karolo competebat ex auito gñe/ & nõ ex causa aduẽtitia, nã tunc nat⁹ etiã añq̃ pr̃ esset Rex p̃ferri deberet & dicet ver⁹ priogenit⁹ regis ex quo pr̃i regnũ ex

Pria opio

Regnum Auitũ & paternũ.

De Rege Karolo comite prouincie.

genere obuenisset. ¶Hanc etiam opinionem tenuit Pet.de bella partica ante Cy.in eadem lege Imperialis in fine,& quasi in eisdem verbis. Et ideo cum Petrum tacuerit in hoc non videtur fuisse fidelis relator Petri. Hanc distinctionem Petri & Cy. tenuit Iacobus Rebuffus de ipsis tacens in lege si senator, in fin.C.de digni. libro duodecimo. vbi fortius vult,q̃ supposito q̃ ptimogenitus succedat in regno si alias habuit filium ex concubina cum qua postea contrahat matrimonium & contracto matrimonio sibi successione regnũ obueniat,etiam si postea alios suscipiat liberos natus tamen ante matrimonium per matrimonium legitimatus esto q̃ sit ante regnũ adeptum erit & cẽsebitur primogenitus regis & mouet duplici rõne.Prima quia cũ suscepit filium ex concubina erat sibi spes succedendi in regno & solum deficiebat administratio.argu.l.in suis.ff.de libe.& posthu. de quo latius dicebatur ꝛ. eodem libro. Secunda ratio,quia que in dubio sunt si existant trahuntur retro acsi ab initio fuissent. argu.l. potior. ff.qui potiores.in pigno.habe.cum simi.allega.per eum.Huius opinionis & sententie fuit Anto.corsettus in suo tractatu de potestate & excellentia regia.questiõe vigesimasexta.vbi satis ample tractat de hac questione. Et tandẽ dicit,q̃ sibi placet hec opinio quam dicit communem/ q̃ scilicet natus post regnum adeptum debeat dici primogenitus regis nisi regnum sit auitum. Et pro hac opinione facit hoc fundamentum notabile quod appellat rationem inconuincibilem:accidentia magnã partem conferunt ad cognoscendum quid qđ est, teste Philosopho.& qualitas aduenies enti qualificat & diuersificat illud ens. ca. licet canon iuncto ca.statutum.de elec. in sexto.de quo vide Barba.in.ca.si quando. de rescrip.extra.columna secunda.ibi no.ibi qualitatem.Cum ergo qualitas regalis aduenias enti puta patri post esse completum ipsius filij. ergo nõ debet denominari primogenitus regis.

Accidẽtia q̃d opant

¶Secunda opinio est,q̃ omnino excludatur natus ante adeptum regnum. & pro hac opinione solent allegari due glose. prima in dicta lege Imperialis §. illud. C. de nup. vbi expresse per illum tex.innuit. glosa in verbo illud . q̃ non est dicendus sacerdotis filius vel regis qui anteq̃ esset pater sacerdos/ vel rex natus est,sicut in illo §. probatur,q̃ filius scenice non est qui natus est postq̃ mater desinit esse scenica. Altera est glosa in cap. Iam itaq;,prima questione quarta.in verbo rerum que dicit q̃ si quis habet filium & postea creatur decurio,iste non dicitur filius decurionis: sed illi tm̃ qui post ea geniti sunt per legem vltimam.C.de decu. vbi dicit bonus textus: sed priogeniti filij anteq̃ ad fisci patronatum peruenerint, in conditione pristina remanent. Adducit etiam tex.in lege secunda §. in filijs.ff.eodem titulo.Et licet illa glosa in indiuiduo nõ loquatur de questione nostra. Prepositus ibidem super illa glosa infert expresse,q̃ natus anteq̃ pater sit rex non dicitur filius regis/nec regis primogenitus:sed qui natus est postq̃ pater est rex effectus. & pro hoc adducit Barto.in.d.l.ij.§.i filijs. vbi dicit Bart. q̃ filius plebei non dicitur nobilis esto q̃ pater eius post natiuitatem suam efficiatur miles & nobilis.Sed adde q̃ Bal. formaliter,& in indiuiduo tenuit hanc secundam opinionem in lege cum satis.C.de agrico.& cẽsi. libro vndecimo.& eũdem Bar.in dicta lege. Imperialis. vbi ita transit cum glosa/ & dicit q̃ facit ad questionem,que tunc de proximo occurrerat de succedendo in regno francie/quia ibi erat vnus filius Philippi natus anteq̃ pater eẽt rex,alter natus fuit postea,& ideo ꝓtẽdebatur quis succederet.nescio de quo Philippo regis Frãcie sentiat,nisi de Philippo valesio qui obijt Anno Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo. Bart. enim florebat,Millesimo tricẽtesimo septuagesimoq̃rto.vt habetur in fasciculo temporum neotesrico. Hic eteni Philippus duos filios habuit: scilicet Ioannem & Philippum,& vnam filiam:scilicet Mariam.Ioannes adeptus fuerat regnum/quia primogenitus:vtrum Ioannes iste natus fuerit ãte regnum adeptum vel nõ, & vtrum fuerit contentio nec ne inter fratres non reperio historijs gallicis cautum.Siue etiam intelligas de Philippo Pulchro, qui tres habuit filios: scilicet Ludouicum hutinum primogenitum/Philippum/& Karolum.verisimilius tamen de Philippo valesio, maxime quia de eo pro proxime acciderat refert Barto,sed inter Philippum pulchrum & valesium fuerunt tres reges predicti filij Pulchri filij successiue.Tum etiam quia Barto.non fuit multum longeuus. vixit etenim tm̃ duobus & quinquaginta annis, vt refert And. Barba.in.cap̃.per tuas.de proba.columna tertia. de quocunq; ergo istorum regum huius nominis intelligas non reperio de hac contentione:& credo etiam nec tunc temporis fuerit.& ideo q̃ põt dici,q̃ fama tpis illi⁹ Barto.

De Philippo valesio. Q̃n florebat Bartolus.

De Philippo pulchro.

fefellit. Ita ꝙ potest dici Bartol. quod alias dicebat Ouidius in Metamorphoseos libro nono. Fama loquax peruenit ad aures Deiani ra tuas, q̃ veris addere falsa Gaudet, & e minimo sua per vestigia cresçit. Alibi dicit Cardi. de Zaba. in clemen. j. de priuile. Fama repleta malis velocibus euolat alis. Fama boni lente volat inuidia retinente. & ibi contra detractores pulcherrime loqtur. ¶ Albericus de rosate. in questionibus statutarijs hanc questionem tangit in indiuiduo in prima parte questione. dvij. & prĩo arguit, ꝙ natus ante regnũ adeptum tanq̃ primogenitus succedere debeat per tex. in. l. senatoris filium. ff. de senato. Tamen dicit: ꝙ contrariã opinionem tenuit Dy. in. l. secũda. §. filijs. ff. de decu. per. l. senator. C. de dignita. & pro opinione Dy. adducit tex. in. l. fi. §. primo. C. de decu. libro decimo. & in lege neminem cum alijs. eo. titu. dicit etiam ibidem Alberic. ꝙ hãc opinionem tenuit Iaco. de rauẽ. in dicta lege senatoris filium. & And. pisa. qui respondit ad. l. senatoris filium ꝙ loquitur quoad dignitatem: sed preallegata iura loquuntur quoad successionem priuilegiatam querendam, & se remittit ad dicta per eum in dicta lege Imperialis. Hanc questionem etiam reassumit idem Alberi. in dicta lege senatoris filium & simpliciter se remittit ad. d. l. imperialis. In dicta autem lege Imperialis concludit pro hac opinione ꝙ natus ante adeptum regnum non dicitur primogenitus regis quoad illustrem dignitatem: sed bene quoad clarissimam puta euitationẽ pene. vt. l. senator. C. de dignita. libro duodecimo. & secundum nota. in. l. quicunq;. C. de princi. agen. in rebus, &. l. diuo. C. de questionibus. Et ita dicit debere modificari. l. moris. ff. de pe. que per aliquos contra hanc partem allegat. de quo videbimus infra. ¶ Hanc opinionem secundam tenuit Ioan. de ana. in capitulo secundo, de iudeis. columna secũda. ad fi. Felinus in cap. Inter ceteras. de rescrip. in prin. & in. ca. prudentiam. de officio de'lega. columua tertia. in prin. vbi ad. c. ad extirpandam de filijs presbyte. extra: vbi dicitur, ꝙ genitus ante sacerdotium dicitur filius sacerdotis. respondet ꝙ bene fatetur, ꝙ filius natus ante regnum adeptum dicitur filius regis: sed non primogenitus regis/ quia ab eo non fuit genitus tanq̃ a rege: sed tanq̃ a priuato. Franciscus cremensis in singularibus suis singulari. l. hanc etiam opinionẽ tenuit, vbi dicit hanc conclusionẽ disputatam fuisse semel in mensa ducis Mediolanensis pro ducatu mediolanensi vbi viget consuetudo fauens Primogenito filio & refert se tunc dixisse, ꝙ secundogenitus primogenitus post adeptum regnũ deberet succedere, non primo natus ante ducatum adeptum. Vltimo pro hac parte vide Lucam de pẽna. in dicta lege/ si senator. C. de digna. libro duodecimo. in fi. vbi refert historiam Iustini, in secundo libro/ vbi cauetur, ꝙ Xerxes licet quintus filius Darij Regis Persarum/ quia tamen susceptus fuerat postq̃ Darius Rex fuit regnum adeptus excluſit Arthemenem filium Darij primogenitũ eo ꝙ natus fuerat eo tempore, quo Rex non erat pater ipsius.

¶ De hac controuersia quia plurimum facit ad rumbum huius difficultatis iuuabit verba Iustini hoc loco ad literam transcribere. Interea Darius cum bellum restauraret, in ipso apparatu decidit relictis multis filijs & regno & ante regnum susceptis. Ex his Arthemenes maxim⁹ natu etatis priuilegio regnũ sibi vendicabat, quod ius & ordo nascendi & natura ipsa gentibus dedit. Porro Xerxes cõtrouersiam non de ordine sed de nascendi felicitate referebat. Nam ꝙ Arthemenem primum quidem Dario sed priuato prouenisse se regi primum natum. Fratres itaq; suos qui ante geniti essent priuato priuatum patrimonium quod eo tempore Darius habuisset, nõ regnum sibi vendicare posse, se esse primum quem in regnum rex pater sustulerit. Et paulopost subiungit. Hoc certamen concordi animo ad patruũ suum Anapharnem veluti ad domesticum iudicem deferunt qui domi cognita causa Xerxem prepositum, adeoq; fraterna contentio fuit vt nec victor insultauerit nec victus indoluerit, ipsoq; litis tempore munera miserunt, & iucunda quoq; inter se non solum credula conuiuia habuerit iudicium quoq; ipsum sine arbitris sine cõuitio fuerit. Tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima diuidebant: q̃to nunc exigua patrimonia partiunt̃. Que verba aureis literis dignissima sunt: et ad apertam confirmationem huius opinionis. quia si iniquum existimasset iudicium illud Arthemenes nõ continuisset / quia nemo presumitur iactare suum. lege. cum de indebito. de proba. extra maxime/ quia grauis est casus e rengo in seruitiũ: vt supra precedenti questione diximus. Et ideo dicit Seneca. quis q̃ ne regno gaudet. Tum etiam ad designandam tempestatis huius infœlicitatem, quia vbi hodie est de statu / vel de bonis contentio est inter hoies presumũtur

Locus Iustini de cõtrouersia iter filios Darij.

eſſe inimici graui & capitali inimicitia, vt eſt gloſa.in.ca.cum oporteat in verbo inimicos. de accuſa.extra.& ibi Ioan. de ana. columna ſecũda.verſi.qualis debeat.&c.imo videmus homines hominibus nedum lite mota/ ſed et vbi eſt de mouenda ſpes, ita mutuo accendi vt aduerſarij nomine cenſeantur ,vt inquit Barba.in.ca.ceterum. columna ſecunda. de reſcrip.extra verſi.not.ibi aduerſarius.pro quo adducit tex.in.ca.fi.de iure.calum.in.vj. in.ca.hi qui.vt lite penden.in ſexto.in §. oẽm in auctẽ.de litigio.cum alijs.Ecce ergo ex hiſtoria illa auctentica euidens ſequitur huius opinionis cõfirmatio, maxime quia chronice aut hiſtoriographorum ſcripta probant, vt eſt textus.& ibi no.Bald.ff. de officio queſto. gloſ. in. ca. In nomine domini, in verbo trapezitas/ vigeſimatertia diſtinctione. in.c. Inter dilectos,in verbo magis. de fide inſtru. & in.ca.venerabilem, in verbo tranſtulit. de elect.extra Barto.in lege prima.ff. ſi cer. peta.& ibi Dominũ Iaſon.archi. in prohe. ſexti Ludo. de Roma .concilio. ccccxxiiij. Egidium deciſio.lxx.

Chronice probant.

¶Tertia eſt opinio principalis,q̃ ille qui natus eſt poſt coronationem & vnctionem Regis cenſeri debeat primogenitus Regis,non natus ante. Et ita voluit Bald.in.l.Imperialis. §.his illud.C. de impe.Ei ſic ergo innuit : q̃ non dicitur Rex ante coronatiõem . pro quo dicto ſolet allegari tex. in.l.bene a Zenone. C.de quadru.preſcrip. in fi. ibi ante infulas. & ibi ita per illum text.tenent Barto.& Salic. & cetera. Item quia tempore coronationis Regis vel Imperatoris dicitur tunc eſſe ortus imperij/aut regie dignitatis. de hoc eſt text. iuncta gloſa.in lege omnes. ff. de feriis, ibi vel ortus imperij protulerunt. Ad hoc poſſẽt plura cumulari, de quibus ſtatim cumulatiſſimam remiſſionem dabimus.

Tertia opinio.

¶Sed in contrarium adduco text.in. ca. venerabilem.de elec. vbi imperator ſola electione dicitur Rex romanorum/ immo adminiſtrat perinde ac ſi eſſet coronatus: vt eſt gloſa in clemen.j.de iureiu. & gloſ. in .ca. legimus. xciij.diſtinctiõe.gloſ.in.ca.auaritie.de reſcrip. in ſexto.gloſ.in.c.indẽnitatibus.de elec.in.vj. gloſ. in data ſexti. & ita tenent communiter legiſte in.d.l.bene a Zenone.Iaco.de are.Cy. Alberi. & alij. Inter ceteros ibi Alberi. refert vnam conſtitu. imperialem que declarat electum habere adminiſtrationem plenam. Ita etiam communiter tenent canoniſte in.d.c. venerabilem, ſignãter Ioan.and. Ad hoc vide extrauagantem imperialis de pace conſtã. & ibi Bald.calde.in titu.de priui.conci.ſeptio. Ita videmus in Rege Francie ſeruari. De hoc poſſent hic plura cumulari:ne autem a principali propoſito euagemur,recurre omnino ſuper hoc pũcto ad Prepo. in.c. per venerabilem.§. quod autem/qui filij ſunt legiti. verſi. quero quarto principaliter : vbi inter cetera in quarta parte illius queſtionis dicit q̃ volenti contrariam partẽ tenere dici poteſt, q̃ erubeſcat:quia ſine lege loqueretur.argu .§. conſiderandum in auctenti.de trien. & ſemiſſ. & ad allega.pro parte oppoſita ample reſpondet.eius dicta longum eẽt tranſcribere. Ideo videas tuipſe.vide etiam Feli.in.ca.eam te.columna quarta.& ſequen.de reſcrip.

¶Ex predictis vides. q̃ Bal. dum anſam ſoluere voluit nodũ ligauit vt dicit tex. in.c. cũ olim.de verbo.ſignifi. volens etenim euitare charybdim huius queſtiõis noſtre ingreditur in illã ſcille precipitium an quis dicatur Rex ante regnum adeptum, & ſic legitime adminiſtret ante coronationẽ.hec ergo opinio Bal. plus intricat q̃ extricet,plus inuoluit q̃ ſubleuet,ideo de hac non curo.

Quarta opinio

¶Quarta & vltima eſt opinio q̃ dicatur filius primogenitus regis etiam natus regi anteq̃ pater eſſet rex. Huius opinionis videtur fuiſſe Alberi.de roſa. in prima parte queſtionũ ſtatu.queſt.dvij.in fi.Et ita eum citat And. Barba.in addi.ad Panormita.in.ca.inter ceteras,in verbo quod ſit filius: & Felinus etiam in dicto cap̃. Inter ceteras. columna prima de reſcrip.extra:tamen vt ſupra dixi, non videtur preciſe ſe reſoluere ibi,ſed poti9 ſe remittit ad.l. Imperialis.C. de nup. Hanc autem opinionem tenuit Salice.expreſſe in dicta lege Imperialis,non facta diſtinctione inter Regnum auitum vel paternum vel aduẽtitium, & mouetur per tex. in lege ſenatoris filium. ff. de ſenato.& lege ſecunda.§. in filijs. ff. de decu.& rationem aſſignat,quia filiationis ſubſtantia & eius proprietas habetur a patris ſubſtantia,non a qualitate patri coherenti. quia qualitas patris non generat : ſed tm̃ genera tum et natum ab ea cognominatur : quod ample exemplificat & tandem inducit in indiuiduo ad concluſionem noſtram concludendo, q̃ primogenitus regis dicatur,etiam natus anteq̃ pater eſſet Rex,non facta diſtinctione an regnũ ſit auitum vel aduentitium. Alis enim ſequeretur abſurditas (dicit ipſe) q̃ ſi iſte Rex non habuiſſet filium poſt Regnum adeptum, quod ille natus ante non fuiſſet

succeſſurus in regno quod non eſt dicendum. argu. l. in ambigua. &. l. benignius. ff. de legi. Nec obſtat text. in dicta lege Imperialis, quia reſpondet/ q̃ hæc macula propria filiarum obſiſtebat priuilegio. In caſu autem noſtro nihil inerat perſone primi nati quod ei obſtaret. Item ibi de priuilegio, hic de beneficio & lege regni interpretanda & declaranda.

¶ Hanc opinionem tenuit Io. fa. in dicta lege Imperialis. per. l. ſi ancille. ff. de condi. & demonſtra. Ita etiam tenuit Pe. Iaco. in ſua practica. in titu. de arbo. ſucceſſio. feu. colũna tertia in fi. vbi in indiuiduo hãc queſtionem format & ſe reſoluit pro hac parte. & ad. l. ſenator & alia iura ſupra allega. in contrarium, reſpõdet q̃ talia iura procedunt in dignitate ſenatoria q̃ iure hereditario non tranſfertur, ſecus in propoſito. & ibi facit eadem fundamenta que Salice. vbi ſupra tamen ipſum non citat.

¶ Ecce vides opinionũ conflictum circa hanc queſtionem que quotidie occurrere poteſt.

Reſolutio. huiꝰ queſtionis.

Certe credo hanc vltimam opinionem & iuri & rationi magis conſonam. & pro hac opiniõe adduco tex. in. ca. inter ceteras de reſcrip. extra ibi, q̃ ſi talis ſit filius ſacerdotis & in ſacerdotio genitus ponderando dictionẽ: &

Dictio. i. & copulat diuerſa.

que ſua natura copulat diuerſa. gloſ. in Rubrica. ff. de iu. & fac. igno. & ſic ibi probatur, q̃ aliquis dicitur filius ſacerdotis, licet non fuerit in ſacerdotio genitus. & ita ibi notant doctores, ſignanter Panormitanus exemplificãs in eo qui eſt natus anteq̃ pater promoueretur ad ſacerdotium, vt contigit in perſonam Ioan.

De natiui tate Ioan. And.

And. Nam pater ſuus erat magiſter grammatice & genuit eum quando erat laicus poſtmodum fuit promotus in ſacerdotem, vt refert ipſemet Ioã. And. ample. in addi. ad Specu. in titu. de filijs preſbyterorum, & hoc ad excuſationem ſuam/quia impingebant ſibi aliqui quod erat ſpurius filius ſacerdotis. Hæc ergo ibi rettulit contra tales iniquiſſimos & diabolicos impoſtores, vt dicit And. Barba. in. d. ca. Inter ceteras/columna ſecunda. Ecce probatur optime per illum textum, q̃ dicitur filius ſacerdotis etiam natus anteq̃ pater promoueretur ad ſacerdotium. ergo in ſimili videtur dicendum, q̃ dicendus ſit filius regis natus anteq̃ pater ſit rex. & ad idem eſt text. in. ca. ad extirpandas de filijs preſbyterorum, ibi ſiue geniti ſunt in ſacerdotio ſiue non. Neceſſatiſfacere videtur Feli. in. ca. prudentiam. columna quarta. de offi. delega. quando dicit, q̃ talis ſit filius regis ſed non primogenitus, quia ab eo non fuit genitus tanq̃ a rege ſed tanq̃ a priuato/quia hoc nihil facit, vt ſupra dicebat Salice. in dicta lege Imperialis. nam eſt perſona ipſa patris quę generat non autem qualitas vel regis vel priuati.

¶ Secundo. Confirmatur hæc concluſio, quia factum patris in fauorabilibus indiſtincte prodeſt / tam filijs natis q̃ naſcituris, vt notabiliter dicit Baldus in lege. ij. in fi. C. de liber. & eorum libe. verſi. Item nota. vbi dicit, q̃ diſpoſitio illius legis que diſtinguit inter natos & naſcituros procedit in odioſis: quia delicta parentum non nocent filijs iam natis ſed naſcituris / quia contrahunt rubiginem a linea iam infecta, vt dicit idem Bald. in eadem lege. columna prima. ad prin. ſed in fauorabilibus ſecus ſecundum Cy. in. dict. l. Imperialis. ex quo infert, q̃ recepto patre ad ciuilitatem vel eſtimum ciuium omnes filij gaudent ciuilitate vel eſtimo & nati ante & naſcituri poſtea per. l. ij. C. qui eta. libro decimo quod dicit menti tenendum. cum ergo in propoſito de fauore agatur, ergo qualitas iſta que patri etiam iure aduentitio obueniret, deberet extendi ad filium natum ante.

Factũ patris pdeſt oñibus filijs.

¶ Tertio. Pro confirmatione conſideranda eſt ratio quare primogenitus ſuccedat in maiori prerogatiua que eſt ſecundum Oldra. concilio nonageſimoquarto. columna quarta, qa natura dedit huic vt ſenior ſit, alijs autem iuniores: & honeſtum eſt iunioribus miniſtrare, & ſenioribus obedire ſecundum Philoſophum ſeptimo libro Politicorum. de quo latius infra ſeq̃nti libro dicetur. hæc ratio ergo militat pro nato ante regnum adeptum, quia eſt antiquior. Conſtitutio autem & ſtatutum regulandum eſt ad limites rationis. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. ij. l. adigere. §. Q̃uis. ff. de iure patrona. Dominus Iaſon in. l. q quadraginta. ff. ad Trebell. Et ideo dicit Bald. in. l. ſuum in fi. C. de iure deliberan. quod ratio facit intelligi dictum, & ratio potius eſt conſideranda q̃ verba Barto. in lege contra. ff. de legi. Baldus in lege ſi quis ſeruo. C. de ſer. fugiti. colũna ſecunda. in fi. vbi dicit, q̃ ratio eſt ſicut natura, verbũ ſicut corpus. Et ideo magis attendi debet ratio q̃ vocabulum. Idem dicit Dominus Iaſon in dicta lege. qui quadraginta.

Rõ iuris primogeniture.

Rõ frenũ ꝓſitõnis.

¶ Fortificatur hoc fundamentum a definitione Primogeniti, de quo ſupra diximus: quia iſte natus ante regnum adeptum primus aperuit vuluam, & primo egreſſus. ergo & cetera.

¶ Itẽ ſi aliter dicerem⁹ ſeq̃reꝰ q̃dam iniquitas

& inhumanitas. Nam patris felicitas deberet venire in vtilitatē & emolumētū filij nati. si autem id verum eēt veniret in odium & iactu-
ram maximam ipsius primogeniti, cui iā na-
turali dote ius primogeniture quesitū fuerat
quod non est dicendum. maior enim dignitas
nulli debet circa prioris dignitatis seu milite
priuilegia preiudicium facere, vt dicit forma-
Inhuma- nitas fugi- enda. lis tex. in. l. maior. C. de digna. libro. xij. Intelle
ctus autem ex quo resultare potest inhumani
tas, est prorsus explodendus. l. furti. §. pactū.
ff. de his qui notan. in fi.

Absurdi- tas vitāda ¶Item id dānandum est quod absurditatem parere posset. c. cum satis absurdum. de offi-
cio archi. c. solite de maio. & obe. & ibi Panor
mita. in. iiij. nota. & idē in. c. In genesi de elec.
columna secunda. &. c. iniustum ad prī. de re-
rum p̄muta. vbi dicit Panor. q̄ valet argumē-
tum ab absurdo, Licet etiam auctoritas non
allegetur. In proposito si ab hac vltia opinio-
ne recederemus esset ocularis absurditas. Nā
eadem rōe sequeretur, q̄ si aliquis paterfami-
lias acquisiuisset aliquod predium post nati-
uitatem primi filij, genitus post acquisitiōem
illam diceretur primogenitus quoad eam, &
in ea ius primogeniture consequeretur cum
idem sit iudicium de parte quo ad partem sic
ut de toto quo ad totum. l. que de tota. ff. de
rei vendi. ca. pastoralis. §. quod si in totum de
officio delega. extra.

Eadē res non patit diuersum Ius. ¶Item vna eademq; res non debet diuerso
iure censeri. ca. cum in tua de deci. extra. c. co-
gnouimus. duodecima questione secunda. cū
simi. & sic ridiculum videretur q̄ iste post
genitus esset primogenitus & non primoge-
nitus respectiue ad eundem genitorem.

Ars natu- ram imita tur. ¶Item & nouissime quia ars imitatur natu
ram quātum potest. Aristo. in secundo physi.
l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. hic est
q̄ legislator non potest venire contra dispo-
sitionem naturalem / immo ipse eam sequitur
Barba. in Rub. de proba. columna secūda. ad
fi. per. l. adoptio. non iure facta. ff. de adoptio.
adducens illud Dātis poete che larte nostra
seq quella quātum' poti. & illud Tullij in libro
de senectute. In hoc sumus sapiētes q̄ natu-
ram tanq̄ deum ducēq; sequimur. & de hoc
vide eundem Barba. in. ca. nonnulli. §. sunt &
alij. columna duodecima. de rescrip. extra. &
adde pro hoc esse bonum text. in. §. mino.
natu. insti. de adop. Et ideo dicit Tullius, li
bro secundo, de legib⁹. Natura norma legis
est. & Aristoteles libro decimosexto, de ani-
malib⁹. Natura est sicut rectificator & rector.

Et ideo dicit Bald. in. l. j. §. in primo in secūdo
nota. C. de cadu. tollē. q̄ ratio naturalis est op-
timus clypeus legis. Modo certum est q̄ na-
ture repugnat vt qui postea genitus est dica-
tur primogenitus prius nati, sicut in simili di-
citur. in dicto. §. minorem pro monstro est, q̄
maior sit filius q̄ pater. Ideo sicut non minor
potest maiorem adoptare, sic non debet mi-
nor etate maiorē suum secundogenitum ap-
pellare aut dicere. Idcirco bellissime inquie-
bat Seneca ad Lucillum. Tenēda est via quam
natura prescripsit: nec ab illa declinādū. illam
sequentibus oīa facilia & expedita sunt, cō-
tra illam viuentibus non alia vita est q̄ con-
tra aquam nauigantibus. Omne enim quod
facit natura est secundum ordinem, dicit Ari-
stote. libro decimoseptimo de animalibus. Et
idem libro octauo. Natura dat vnicuiq; quod
cōueniens est. Hinc Tullius libro primo Tus-
cula. questio. Teneam⁹, nihil censeamus esse
malum quod sit a natura datum hominibus.
Natura enim nihil irrationabiliter vel frustra
facit, Aristo. libro secundo. de cælo & mundo
libro primo, & libro tertio de anima, Et libro
de respiratōe. & expiratiōe. ¶Itē iura natu-
ralia sunt immutabilia. §. sed & naturalia insti.
de iure natu. gen. & ciui. §. fi. sexta distinctio-
ne cum simi. Ideo dicit Cassiodorus / q̄ repu-
gnante natura quelibet cedit industria: sed eē
primum vel secundum in genitura, est de iure
naturali. Et ideo dicit Boetius, libro tertio. p̄-
sa. xj. de philosophica cōsolatione. Iam vero
q̄ta est nature diligentia / vt cuncta semine
multiplicato propagētur. que omnia non mo
do ad tēpus manendi, verum generatū quo-
q; quasi in perpetuū permanendi veluti quas-
dam machinas esse quis nesciat? Et ideo Ze-
no refert, vt Tullius lib. ij. de natura deorū
dicebat naturam ignem esse artificiosum ad
gignendum progrediente via.

Nota pro p̄mēdatio ne iurꝫ na turalis

¶Sed superest respondere ad historiam illam
Iustini supra relatā vbi Xerxes q̄ post regnū
translatum in patrem suum natus, regnum
est adeptus excluso Arthemene nato ante.
¶Dic primo. q̄ exēplis iudicandū non est. l.
nemo. C. de senten. & iterlo. oīm iudi. per quē
tex. dicit glo. iiij. i. c. si quādo de rescrip. extra
q̄ quando per cōsultationem rescribit Impe-
rator, non vult suam respōsionem sequēdam
esse si quis non recte responsum putauerit.
¶Secūdo respōde q̄ pro Xerxe plures facie-
bant ratiōes q̄ p Arthemene: & ideo dicebat
Iustin⁹ loco supra citato, huc accedere q̄ Ar-
themenes non patre tm̄: sed & matre priuate

Quare Xerxes frem in re gno exclu sit.

adhuc fortũe auo quoq; materno priuato creatus sit, se vero Xerxẽ. s. & matre regia natũ & patrẽ non nisi regem vidisse auum quoq; maternum Cyrum regem habuisse nõ heredem: sed conditorẽ regni. Itaq; & si equo iure vtrũq; fratrem pater reliquisset, materno se tamen & auito vincere. hec Iustinus. Ecce videm⁹ ergo q̃ Xerxes fuit duplici aut triplici ratiõe prelat⁹ Arthemeni. Primo, quia nat⁹ post regnũ adeptum. & quia hec ratio fragilis, & dubia videbatur duab⁹ alijs intentionem suam firmabat: quia auũ Maternũ cyrũ regẽ habuerat, & matrem reginam p̃dicti Cyri filiam. & ideo dicit idem Iustinus in fine primi libri: quod cum Cyro defũcto Dari⁹ assũptus fuisset in regẽ, pricipio regni Cyri regis filiã regalibus nuptijs regnum firmaturus i matrimonium recepit, vt non tã in extraneũ translatum q̃ in familiã Cyri reuersum videretur. hec Iustin⁹. Pro Arthemene autẽ tm̃ faciebat q̃ primo natus esset. & ita cum questio illa dubia videretur an nato añ vel nato post deberetur tutius inclinabat i partem Xerxis: quia sublata illa ratiõe & causa: qa nat⁹ post regnum adeptum adhuc alie militabant. & licet nõ exclusisset Arthemenem hac de causa, alijs tamen excludebat ar. c. ex tuarẽ de vsu & aucto Pallij. §. affinitatis insti. de nup. Panor. in ca. ad aures colum. tertia de rescrip. extra.

Due rationes vicũt vnam.

¶ Item due vel plures ratiões vincunt vnam Spe. in titu. de feu. §. secundo. versi. xvj. Bal. in l. j. versi. sed contra. C. de legiti. here. Panor. in ca. suggestum in fi. de iure Patro. do. Iasoni. l. re coniũcti. ff. de lega. iij. Et per hec satis mihi videtur firmata hec quarta opinio: quam etiã consuetudo amplectitur que est optima Iuris interpres vulgatis iuribus.

¶ Questio. XIII.

¶ Vtrum legitimatus per rescriptum principis primo natus, excludat secundo genitum legitimum tanq̃ Primogenitus.

NVNC succedit ardua questio & notabilis. Aliqs pater habet filium primo natum naturalem & illegitimum, alios etiam naturales & legitimos. impetrat iste pater legitimationem primo natia principe, vtrũ censetur iste sic legitimatus verus primogenitus, ita q̃ in illa qualitate excludat secundo genitum legitime natum in iure primogeniture.

¶ Hec questio in facti cõtingentia sepe occurrere põt: & audiuim⁹ ab paucis ãnis q̃ agitãda erat in regno Arragonie pro successiõe regni: sed falsus fuit rumor vt exitus docuit: tamen facile contingere potest.

¶ Et vt clarius hec q̃stio determinetur, arguemus in partes. potentes em̃ ad vtrãq; partem dubitare. in singulis speculabimur verũ & falsum, vt inquit philosoph⁹ in primo Topico. & idem tertio Meta. dicens, q̃ veritatẽ inquirẽtes sine dubitatione similes nesciẽtib⁹ quo ire debeant, disputando em̃ veritas eruitur. l. ij. §. his legibus. ff. de origi. in. l. cum quidem. ff. de libe. & posthu. vbi no. dñs Iason. Prio ergo videtur dicendum q̃ iste legitimatus ꝑsequi debeat ius primogeniture, acsi ab initio legitim⁹ fuisset, siue ex legitimo matrimonio ꝓcreat⁹.

¶ Primo quia regula est quam notabiliter voluit Bartolus, q̃ lex disponens super his que sunt Iuris etiam per verba importantia fictionem dicatur vere facere: & non per fictionem Hanc regulam ponit Bar. in. l. si is qui ꝓ ẽptore. ff. de vsucapio. ex hoc inferens q̃ si lex vult legitimum facere: quia illud est iuris. (Nam esse legitimum vel illegitimum non est ab ipsa natura introductum, vt est tex. in. §. natura. §. si quis igit̃ &. §. liceat in auctentico quibus modis naturales efficiuntur sui.) Et ita lex facit illud non secundum fictionem: sed secũdum puram veritatem, ita q̃ existimabitur vere legitimus. Ad hoc etiam vide Bar. in. l. fi. si maritus la. ij. §. legis Iulie. ff. ad. l. Iuliam de adulte. vbi dicit q̃ in his que sunt iuris idem est esse talem vel haberi pro tali: licet alias ista verba haberi pro tali importent fictionem. l. indicis appellatione iũcta glo. ff. de verbo significa. Hãc theoricam Bar. tenet Bal. in. l. nuper. C. de natura. libe. Paul. de castro in cõcilio. ccxxiij. qd̃ incipit super eo q̃ primo. Anto. de butrio in conci. xx. qd̃ icipit equitas valde suggerit. vbi dicit q̃ lex fingendo vel per verba fictionis loquendo in actu pendẽte a potestate legis, vere facit & nõ ficte. Vide ad hec dominum Iasonem in dic. l. si is qui pro emptore. co. mihi. lx. vbi plurimũ extollit hanc theoricã Bar. & eã ppetuo tenẽdam cordi dicit in eo q̃ singulariter probat & vult q̃ legitimatio est veritas & non fictio quod dicit esse vtilissimũ verbũ ad statuta loquentia de filijs legitimis q̃ veniẽt legitimati. & frequenter allegatur in practica, vt ipe asserit. Modo sic est q̃ si lex inanimata disponẽs circa ea que sunt iuris veritatem inducit: & nõ fictionem, vt est tex. in. l. si vnus. §. pactus ne

Esse legitimũ vel illegitimũ non est a natura.

In ijs q̃ sunt iuris idẽ est eẽ talem vel haberi ꝓ tali.

peteret.ff.de pactis facit text.in.l.in predijs:& l.eo Iure ibi pignora esse creduntur.ff.in qui. cau.pignus tacite contrahatur iunc.l.secunda ff.eodem.que iura alleg.do.Iason vbi supra,er

Princeps lex est aīata.

go lex animata puta princeps.§.fina.in auctentico de consulibus glo.in.l.& quia.ff.de iurisditione omnium iudicum in legitimatione alicuius idē faciet:ita arguit & sequitur Io.de Imo. in primo volumine conciliorum conci.secūdo colum.mihi.v.versi.cū.,pbatur.Et ita ergo clare probatur q; legitimatus a principe vere sit censendus legitimus,& ex cōsequenti q; competat ei Ius primogeniture,acsi vere legitim⁹ esset cum primo nat⁹ fuerit.& sic nihil obstet.

Illegitiatio est nubecula q̄ spurietas dr̄.

Et ideo dicebat Bal.q; imperator legitimādo remouet nubeculam que dicebatur spurietas ita nota.dicit in.l.manumissiones in secūda oppositione.ff.de iusti.& iu.hinc dicit etiā idem Bal.in.l.si te parēs.C.de suis & legitimis q; eē spurium est quoddam velamē quo quis impeditur succedere vt filius,& illud velamen legitimationesubmouetur per tex.in.l.imperialis C.de nuptijs.Ibi omni macla per quem tex.dicit ibi Bal.q; per legitimitatem tollitur omnis infamia spurietatis:ita q; amplius spurius dici non debet aut nuncupari.de quo videbis duo q̄ci.Bal.cōci.cxlvj.primi voluminis quod incipit Titulus principis Achaie vlti.col.& conci. tricentesimum octogesimumoctauum quinti voluminis qđ incipit Respondendo ad dubia.

Quid est eē spuriū.

¶Secundo pro hac parte facit:quia etiam per adoptionem filius efficitur vere legitim⁹ institu.de adoptio.in principio.& ibi glo.cū similibus.Si ergo per adoptiōem quis censeatur vere legitimus,a fortiori ergo per legitimationē: qa legitimatio est potentior & efficacior q̄ adoptio.§.tribus ibi si vestri eīm patris in auctentico qui.mo.natura.efficiuntur sui.

Legitimatio est adoptione potentior.

¶Item legitimatio est fauorabilior q̄ adoptio Bal.in.l.neq; absens ad finem de adoptio.ff.

Legitimatus habet naturalia primordia.

¶Item quia legitimatus habet naturalia primordia que non habet adoptat⁹.Bal.in.l.si te parens.C.de suis & legitimis.Ad hec vide cōcilium Sozini.ccxxvj.colum.penulti.versiculo.preterea,vbi expresse dicit legitimationem fortiorem esse adoptione per tex.in.§.adoptionis in auctētico.qui.mo.natura.efficiuntur sui.

Argumētū a fortiori.

Cum ergo adoptatus censeatur vere legitim⁹ ergo a fortiori legitimatus auctētica; multomagis.C.de sacrosanc.eccle.cap.super eo de vsu extra.

¶Tertio pro hac parte faciūt tex.qui vidētur hanc questionem prorsus determinare.tex.in §.liceat in auctentico qui mo.natura.efficiuntur legitimi vbi formaliter habeē q; legitimati nihil a legitimis differunt. Ponderanda est dictio nihil,que est vniuersalis negatiua.l.is qui §.verum.ff.de rebus dubijs cum similibus.& ita tex.ille vult q; nulla penitus sit facienda differentia īter legitimos & legitimatos.ad idem est tex.ī.§.si quis igitur filios legitimos,& in.§. qm̄ varie in auctentico qui mo.natura.efficiūtur sui.hinc tex.in.§.primo institu.de heredi.q̄ ab intestato.deferuntur legitimatos suos heredes appellat, quēadmodū & vere legitimos.hic dicit Bal.in dic.l.si te parens q; legitimati succedunt ab intestato,sicut legitimi.

Dictio nihil est vniuersalis negatiua.

¶Item legitima eis debetur sicut vere legitimis vt late videre potes per dominum Iasonē in Rub.ff.de libe.& posthu.Item legitimatus potest mouere querelam inofficiosi testamēti si sit iniuste exheredat⁹ quēadmodū & legitimus.Bal.in.l.cum in adoptiuis.iij.colum.C. de adoptio.Hinc est etiā q; legitimati indistincte succedunt agnatis & cognatis tex.in §.quapter in auctentico qui.mo.natu.efficiun.sui. & in.§.filium eodem.vbi Ang.ex presse ita notat.& etiam eundem Angelum conci.lxxj. qđ incipit arbiter & arbitrator.vbi tenet q; statutum loquens de legitimis habeat locum in legitimatis.Ad hec vide Iaco.de bello visu in disputatione quā ponit in auctentico qui mo. natura.efficiuntur sui.& Panor.conci.lxxxvij. incipiente in questiōe que vertitur.& pro hoc vide Bal.in.l.cum acutissimi.C.de fideicommis.vbi tenet q; statutum dicens q; extantib⁹ masculis filia non succedat habet locum nedū in legitimis filijs,sed etiam in legitimatis.& ratio est ex his que dicit Alex.in dic.conci.secūdo.primi voluminis colū.v.ad finem,vbi dicit q; per legitimatos cōseruat agnatio quēadmodum per legitimos.& in eodem concilio concludit& determinat post lōgam discussionem q; legitimatus filius excludit substitutum,qm̄ substitutio est facta sub cōditione si decesserit sine filijs legitimis,quia idem est in legitimatis & pro hoc ibidem refert plures doctores,& in magno numero tenentes hanc conclusionem ita vt communem esse opinionem asserat.ponderā tamē vnum tex.nus q̄ forsan antea adhoc inductū in ca.statuimus extra de maio.& obe. vbi formaliter dicit tex.in fi.quia maior est ordine etiam si postea sit receptus,& in portiōe percipienda potiorē esse volumus,ac minores facere seruitia consueta:modo sic est q; primo genit⁹ maior est ordine geniture,ergo seq̄t q; licet postea sit receptus per legitimationem.s. tamē potior esse debet in portiōe hereditaria

Legitiatq; legitima debetur.

Per legitimatos cōseruatur agnatio.

& alijs prerogatiuis maioricatus. Et hec suffi ciant pro comprobatione huius opinionis: ex quibus clarissime probatum esse videtur legiti matũ succedere debere i iure primogeniture.

¶ Sed ꝓ contraria parte. s. ꝙ legitimatus in iu re primogenĩture succedere non debeat.

¶ Primo. Nam magis attẽdenda est causa na turalis & origo q̃ causa accidentalis supueniẽs l. tutor. ff. de fideiusso. l. iij. C. ad Macedonanũ l. quicquid. §. primo. ff. de donatio. ergo prefer ri debẽt filij legitimi legitimatis. Pro quo facit bonus tex. in. l. fina. C. de his qui veniam etatis impetra. vbi dicitur ꝙ verba debent intelli gi potius in sensu naturali q̃ i ficto. vbi per illũ tex. Bal. notat ꝙ si quis recipit emphitheo sim pro se & suis filijs legitimis nõ intelligitur pro legitimatis: quia non sunt naturaliter legi timati sed ex priulegio & fictione. idem dicit Bal. in additio. ad Specula. in titu. de succes. ab intestato ad finem, vbi dicit ꝙ legitimatio in nititur fictioni. idem Bal. i. l. gallus. §. si ei⁹. ff. de libe. & posthu. vbi dicit ꝙ legitimat⁹ fictio ne iuris dicitur legitime nat⁹. Ad hec accedat tex. in. l. fideicommissum. ff. de cõdi. & demõ stratio tex. i. l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. ij. vbi probatur ꝙ si ticius grauatus fuerit fideicom misso sub conditione si decesserit sine liberis quamuis reliquerit filium adoptiuum vel alio iure artificioso procreatum, nõ euanescit fidei commissum: sed filius adoptiuus & legitima tus equiparantur. l. cum adoptiuus filius ad fi nẽ. C. de adoptio. & ibi docto. l. filios. C. de mu nici. & origi. de lib. x. de hoc est glo. in. l. prima ff. ad municipales in glo. magna, ergo optime probatur ibi ex equipollentibus ꝙ filius legiti matus non equiparatur filio legitime nato. Et ita Bal. tenet formaliter in di. l. si ita qs. §. is cui Et sic patet ꝙ legitimatus per fictionem legiti mus dicatur: & ideo eleganter dicit Bal. in ca. primo de constitutio. ꝙ legitimatio est similis archimie que facit apparere illud qd̃ nõ est: ta men transmutare vnam speciem in alterã non potest: sed legitimatus figuram legitimi gerit: non habet tamẽ eandem substantiam: & ideo in simili dicebat Salicet⁹ in. l. etiã. C. de appel la. per illum tex. ꝙ imago representata prout est in legitimatione non est essentialiter ipa res & ideo dicit ibidem Bal. ꝙ legitimatus est simi lis ei qui accipit vsum toge argu. tex. in. l. sed si accepto. ff. de iure fisci. Et ad hoc assignare potes hanc rationem. Nam per fictionem vie veritatis non delentur. l. in rebus. C. de iure do tum: & veritas naturalis non potest auctorita te legis mutari. l. secunda. ff. de vsufruc. earum rerum que vsu consumuntur: facta eñ pro in fectis haberi nequeunt. l. in bello. §. facti. ff. de capti. & postliminio reuersis. §. primo versicu. que igitur in auctentico de equalitate dotum Et ideo singulariter dicebat Bal. in ca. fina. co lum. secunda de transla. pla. ꝙ legitimat⁹ assi milatur homini medicato morbo, remanente tamen aliqua cicatrice. Et ita ergo cum legiti matus ficte sit legitimus, non debet equipara ri veris legitimis argu. tex. ĩ. l. ex ea. §. insulam ff. de verbo obliga. l. ticius. §. cornelio. ff. de iure fisci. ca. susceptum de rescriptis cum similib⁹.

¶ Secundo arguitur pro hac parte: quia lata ẽ differentia iter legitimum & legitimatum plu ribus medijs. Nam legitimati sunt infames in famia facti vt nota. dicit Azo i summa titu. ex. qbus causis infamia irrogatur. C. & hoc sequũ tur communiter docto. vt nota. dicit Alex. de imo. cõci. xxv. tertia colum. in primo volumi ne. hec autem infamia non est in legitimis.

¶ Item de iure donatio bonorum vel maioris partis facta per patrem carentem filijs natiui tate legitimorum filiorum reuocatur. C. de re uocanda donatione. l. si vnq̃: & tamen non re uocatur propter spurium postea legitimatum vt nota. dicit Bal. in ca. innotuit colum. quarta de elec. extra. idem Bal. in. l. secunda in fi. C. si quid i fraudem patroni. Salicet. in. l. si totas. C. de reuoca. dona. Ex ijs & similibus que cumu lari possent aperta est differentia iter legitimũ & legitimatum: & hoc etiam satis cõstat ex di uersa nuncupatione. frustra eñ fierent nomi na nisi & diuersitas esset in effectibus harũ nũ cupationum. l. si idem. C. de codicil. notat. Pa nor. in c. ad audientiã de deci. & ideo dicit glo. in dic. c. innotuit de electio. ꝙ legitimatus nõ dicitur legitimus, sed quasi legitimus. Certum est ꝙ dictio quasi/ẽ nota improprietatis. l. me minimus. C. de legi. heredi. cum similibus. vi de etiam glo. in. l. cum legitime. ff. de sta. homi num. Et ita cum sit differẽtia inter legitimum & legitimatum clarum est priuilegium cõces sum legitimis transire. Ex diuersis eñ non fit bona illatio. l. fina. ff. de calumnia. l. naturaliter ff. de acqui. possessione cum similibus.

¶ Tertio & vltimo ꝓ hac parte moueor: quia legitimi dicuntur ex iustis nuptijs procreati. §. legitimi i auctentico qui. mo. natura. effi. sui. l. filium. ff. de his quibus vt indig. Legitimatus non est huiusmodi, ergo &c. Et ideo dicit tex. i §. filium in auctentico quibus mo. natura. effi. sui, ꝙ legitimat⁹ est quadam machinatiõe co gnatus. Et ita clare innuit ille tex. ꝙ nõ sit ta lis censendus legitimus, tanq̃ non naturali ar-

Causa naturalis ꝓponderat accidẽtali

Verba poti⁹ sunt intelligẽda i sensu naturali q̃ ficto.

Legitimatio fictiõi innititur.

Filij⁹ adoptiu⁹ & legitimat⁹ eqparantẽ

legitimatio silis ẽ archimie.

In legitiatiõe ẽ imago repsentata.

Legitimat⁹ est filis accipienti vsũ toge.

Per fictionẽ vie veritatis nõ delentur.

Legitimat⁹ hoi medicato eq paratẽ remanente cicatrice.

Legitimati sunt infames.

Nõ fit nũcupationũ diuersitas sine ratione.

Dictio q̃ si ẽ nota iproprietatis.

Ex diuersis nõ fit bõa illatio

tificio :sed quadam machinatione accidentali & fictitia inter legitimos computetur. hinc dicit tex. in ca. naturales titu. si de feu. fuerit controuersia inter domi. & agna . q filij naturales licet postea sint legitimati: tamen non admittuntur ad successionem feudi: & speciali⁹ in indiuiduo q consuetudo regni preferens in successione filium primogenitum non habeat locum in legitimato Tenuit Iaco. de bel. visu. in §. tribus in auctentica qui mo. natura. efficiuntur legitimi sui Ange. & Imo. in. l. his verbis. §. interdum. ff. de heredi. iustitiũ. Imo. in. l. si alienum. §. extraneis. ff. eod. Bal. & Salice. Paul. de cast. & nouissime do. Ia. ita determiat in. l. quotiens colum. xj. C. de re. vẽdi. vbi dicit post Iacob. butriga . q ille text. facit ad questionem quam in presenti mouemus: & determinat q secundo genit⁹ succedere debet ex quo est ex legitimo matrimonio procreatus: & ita i eo cõcurrit vtrunq; vinculum, naturale scilicet & ciuile, ex quibus duobus Ius succedendi queriť.

Ex vinculo naturali & ciuili ius q̃riť succedendi.

Adde Albericum i. l. cum quis. C. de natura. libe. floria. de sanc. Pe. in disputatione incipiẽte Baro quidam de nobili stirpe progenitus. Ange. in disputatione sua que incipit Nobilis quidam genere.

¶ Ecce ex predictis satis erit pro nunc disputata hec questio.

NVNC videamus in quam partem inclinare debeamus. Alexan. in quadã disputatione que incipit Sigismund⁹ rex Romanorum hanc questionem tangit: sed nihil determinat decidit Bal. in. l. eã quam. C. de fideicommissarijs dicens q quando naturalis filius esset legitimat⁹ post natiuitatem naturalis & legitimi filij, tunc secũdo genitus legitimus est preferend⁹ : secus aũt si ãnatiuitatem secũdo genitiã legitimatus erat: quia tunc legitimatus ad consequendum Ius primogeniture preferreť. idem vult Bal. in tracta. statutorum i ver. primogenitus. idem Bal. in dic. l. quotiẽs secunda colum. & post Bal. & Salicetum ibidem do. Iason. colũ. x. vbi dicit q legitimus secundo genitus excludit naturalem legitimatum nisi natural⁹ fuisset iam legitimatus ante natiuitatem secũdo geniti. Et dicit q ista decisio est communis: & pro ea corroboranda adducit. Nam non possumus dicere q legitimatus debeat preferri secundo genito nisi legitimatio retro traheretur. Sed legitimatio non retro trahitur quãdo fieret preiudiciũ legitimo §. & liceti auctentico qui mo. natura. effi. legi. Bart. & alij in. l. gallus. §. & quid si tm̃ ff. de libe. & posthu. cum alijs allegatis ibidem

Legitimatio non retrahitur.

per domi. Iaso. Felinus absolute tenet in legitimato per rescrip. q non excludit secundo genitum legitime natũ in ca. prudẽtiam colum. tertia de officio delegat. extra. Benedictus de plumbino in disputatiõe que incipit. Statuto Pisano distinguit. Aut querimus an legitimatus sit vere legitimus originaria legitimitate i specie que ex matrimonio efficaci procedit: & tunc dicendum est q non, & sic procedat tex. in. dic. l. filium, & in. l. qua in puicia. §. diuus. ff. de ritu. nuptia. cum similibus. Aut querimus de alia legitimitate in genere sumpta: & tunc aut obstaculum in legitimatione procedit a iure ciuili, vt quia erat impedimẽtum de quo loquitur titu. C. de interdic. matrimo. & l. prima C. si Rector prouincie cum similibus: & tunc Princeps legitimando cõfert veram legitimationem, & tunc Priuceps legitimando dicit vere legitimum facere. Aut obstaculũ illegitimitatis est introductum de iure canonico: & tunc per legitimationem principis tẽporalis non efficeretur vere legitim⁹ : sed requiritur legitimatio apostolica. Et ita ex his innuere videtur q legitimat⁹ a principe quo ad successionem efficiatur vere legitimus: ita q statutum taxãs legitimam filiorum habeat locum in vere legitimatis.

¶ Ludouicus de Sardis in trac. de legitimatione. §. septimo vidẽdum est versic. Tertio queritur. circa hanc questionem dicit consideranda esse duo tempora. ante legitimationem, & habito respectu ad illud tempus reputatur facte legitimus cum illa dictio disponat super preterito: quia fingit illum fuisse legitimum q fuit vere illegitimus. Non etem̃ põt princeps mutare presumptionem nisi in fictione. ff. de capti. & postliminio reuersis. l. i bello. §. facte & hoc solo dicit ipse priuatur de us: quia non potest facere preterita nõ fuisse. allegatur. l. secũda. ff. de probatio. Credo q voluerit allegare glo. i. l. vnica. C. de raptu virginũ. vbi refert dictũ beati Aug. ita sentientis, sed abutitur glos. vt dicit notabiliter Do. Iason in. l. j. §. si vir vxori. ff. de acqui. possessio. col. j. vbi dicit q de p̃dicta glosa est textus diui Hieronymi. in. ca. si Paul⁹. xxxij. q. v. Et ibidẽ dicit q fuit dictum Agathonis philosophi: & ad hoc allegat in. l. fina. vlti. colum. C. de legib⁹. vbi dicit q de⁹ hoc solo priuatur facere q̃ produxit allegando Aristotelem in. vj. Ethicorum. & ad idem allegat Bart. i. l. non dubium quarta colum. C. de legi. vbi dicit q illd̃ qd̃ vere factum est nedum lex nõ potest facere quin sit factum: sed nec etiam deus potest. & idem voluit Bal. in. l. ex his ver-

Non põt princeps mutare p̃sumptionẽ nisi in fictione. Deus nõ põt facere p̃teritanõ fuisse.

Dictum Agathonis philosophi.

Deus nō pōt facere eaq̄ implicāt ꝓtradictionem.

bis ad finem. C. de testa. mili. ratiōem assignās notabilem secūdum Theologos: quia deus nō potest facere ea que implicant contradictionē Bal. in. l. eam quam versi. circa autem quintū genus. C. de fideicom. ergo non poterit facta infecta reddere: quia illud implicaret contradictionem, factum scilicet & non factum.

¶ Adde ꝙ eandem rationem ponit Cardi. de Zaba. & Io. de Imola in c. primo de sūma trini. & fi. catho. ad princi. colū. vj. vbi etiam aliā ponit secundum beatum Hieronymum: quia deus nō potest facere iniusta: quia ipse est summa iustitia/ & non posse mentiri, magna est dei potentia. Aduerte tamen ne fallaris: qñ supra alleg. Cardina. & Ioā. de Imo. ꝙ eadē est prorsus lectura in his duobus doctoribus, nec defi cit vnum iota a principio Decretalium vsq; ad titulū de constitutionibus: in quo est multum culpandus. vel quidam Ioannes Thierry, vel quidam de gradibus qui predictorum docto. recognitores fuerunt. Ad propositum redeūdo. Cum ergo id deus ipe non possit, a fortiori nec poterit Princeps per rescriptum suum. Et ita in indiuiduo tenuit Iaco. Butriga. in prohe. C. & in concilio incipien. Thema tale proponi tur vbi dicit ꝙ nec Comes Palatinus: nec etiā Priceps possunt spurios facere legitimos: sed bene possunt exequare legitimis & facere eos loco legitimorum haberi. Et ideo dicit Bal. i. l. Paulus. ff. de sta. homi. ꝙ filius legitimat⁹ dicitur filius abusiuus. Et idem Bal. in c. primo de constitu. ꝙ licet gerat naturam legitimi, nō tamen idem erit in substantia. & idem Bal. in. l. manumissiões. ff. de iust. & iur. comparat legitimatum baptizato: quia per baptismū non su mus in illa primeua paritate in qua creat⁹ fuit Adam.

Nota p lecturis cardinalis & Ioan. de Imo.

Legitīat⁹ dī filī⁹ abusiuus.

Legitīat⁹ eqparat baptizato

¶ Secundum temp⁹ est post legitimationem & tunc distinguitur. Aut confert omnia iura legitimorum: quia restituit personā antiquis natalibus: & tunc ex hoc tempore incipit esse vere legitimus. Aut confert princeps quedam solum iura, puta ꝙ succedat patri vel matri, & tunc non dicitur vere legitimus. Et ita statuto de legitimis loquente nō comprehenderetur: & hec distinctio satis consonat distinctiōi Bal. supra relate. Hanc questionem tangit Anto. de Rossel. in suo trac. legitimationum lib. secūdo titu. vlti. colū. antepenulti. ibi vlterius quero: sed nihil determinat: & simpliciter se remittit ad notata per eum li. primo predic. trac. vbi tangit de primogenito legitimato p subsequēs matrimonium. de quo dicere poterimus in sequenti questione.

¶ Signorolus de homodeis hanc questionem equipollenter tractat in conci. ccxx. vbi cōcludit ꝙ bonorum successio diuiditur i bona allodialia & feudalia. In allodialibus succedet legitimatus i iure primogeniture tanq̄ legitimus: sed in feudis sec⁹ est: quia successio feudorum est singularis & separata a successione aliorum bonorum de iure cōmuni. vt c. vnico de natura. succes. feudi. & qui feudum dare possūt. Et ita discreta & specialis debet esse concessio: qa in generali cōcessione non continetur illud qđ requirit specialem. l. secūda. ff. de testa. militari. l. apud labeonem. §. hocq; dictum. ff. de iniurijs cum simi. qđ ipe latius deducit vt potes ad eum recurrere. De differentia inter feudalia & allodialia vide per Sozinum conci. tertio in nouis per Petrum de Ancha. conci. tricentesimo octauo per Oldra. cōci. ccxlvij. vbi dicit ꝙ licet de iure cōmuni Romano legitimatio valida esset: etiā quoad feuda. de cōsuetudine tñ redacta in scriptis i feudum non succedit legitimatus vt c. naturales. si de feudo fuerit ꝓtroversia in vsibus feudorum. vide de hoc Alexand. conci. sexagesimo prima colum. et per totum illud conci. & eundem concilio secūdo, & nonagesimo quarto. ¶ Nouissime repio quēdam Albertum brunū astensem hanc questionem tractantem a simili in suo trac. de statutis feminas & cognatorū lineam a successionibus excludentibus articulo duodecimo principali colū. vj. versi. iiij. Quero. vbi querit an mulier pretextu statuti preferentis masculos feminis excludaī p legitimatos. Et late docto. i vtrāq; partem refert in opinionibus diuersificantes: tandem concludit. Et ꝙ statutum illud habeat locum in masculis legitimatis indistincte, etiam in legitimatis per rescriptum principis seu per Comitem Palatinum, puta si dicat extantibus filijs vel agnatis vl masculis prout dicebat fulgo. in. l. fina. ff. de Iust. & Iur. Et pro hoc adducit Anto. de Rossellis i tract. legitimationum primo li. versic. vltimo est videndum de ipsa causa finali colum. viij. & Prepositum i ca. per venerabilem extra qui filij sint legitimi colum. xxxvj. in quibus locis tenent isti docto. secundum eum ꝙ si statutum vel consuetudo simpliciter vocet primogenitum ad successionē naturalis primogenitus postea legitimatus excludet sequentes legitime natos, non obstā te inhabilitate medij temporis per. l. nō oporteret. ff. de lega. secundo. Ita dicens in questione ibi per eum assumpta. & hāc conclusionem sex modis limitat, & duobus pricipaliter. Primo si statutum diceret ꝙ legitimi filij & legiti

Bonorū successio diuiditur i allodialia & feudalia.

In generali ꝯcessiōe nō venit qđ spalē requit expssionem

me nati feminas excludent quia tunc nõ comprehenderentur legitimati secundum Ludo. de Ro. colum. xiiij. ī. l. si is qui pro emptore. ff de vsucapio. cum aliis pluribus alleg. per eam Secundo limitat nisi reliqueret vel mens statuti vl' communis vsus loquendi pro quo plura adducit q̄ breuitatis causa omitto. ¶Sed meo iudicio siue sit legitimatus ante secundo genitum natum siue post, bonis debitis ratione iuris primogeniture siue allodialia sunt siue feudalia, crēdo q̄ extantibus legitimis legitimat⁹ nullatenus gaudere debeat iure primogenitu-

nota hūc tex. singularē in ꝓposito.

re. Et pro hac conclusione sine mēdicatis suffragijs adduco tex. rotundum in auctentico q mo. naturales efficiuntur sui. §. Et q̄m ibi, ita tamen vt non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi sunt & inter omnes min⁹ habente. Et ita optime probat ille tex. & clarissime q̄ non potest ratione legitimationis legitimatus quāuis primogenitus pretendere iura primogeniture, ex quibus reliquis maiorem habeat prerogatiuā q̄ minor ex filijs. Pro hoc vide Alex. de Imo. in. l. necessarijs. ff. de acq. heredi. vbi dicit q̄ filius legitimatus succedat patri vna cum aliis filijs sui patris naturalibus & legitimis et filia non dotata que ex statuto potest succedere/non poterit plus consequi q̄ habuerit alia filia dotata. Vide etiā Bal. in. c. p tuas versic. Quero in honoribus quis debeat anteferri, An legitime natus an legitimat⁹. Et

Legitiati non sunt de stirpe.

dicit q̄ legimati non sunt de stirpe nec toti stirpi attinent vt notatur in §. filiū vero in auctē. qui mo. natura. effici. sui. Et ita dicit ipse non sunt nobiles neq; eis pōt relinqui nisi q̄tū vni legitimorum p tex. in dic §. Et q̄m quem ad hoc dicit eē vnicū in iure. Et ex hoc infert q̄ priuilegium Impatoris quo cauetur q̄ succedāt legitimati vna cum legitimis sic debet intelligi. Et idem si statuto canetur q̄ filia non succedat nisi in vncia, tunc femina limitat istum masculū legitimatum: qđ dicit esse notā dū cōtra legitimatū si legitimatus ꝓducit priuilegiū vel legitimationem. & in fine infert q̄

Legitiati debēt reuerētiāle gitime natis.

oēs legitimati debent reuerētiā legitime natis & nō debēt sedere ad vnā mensam. & sic licet non expresse determinetur p Bal. hec questio de iure primogeniture, tamen satis eam tacite innuit attentis prerogatiuis primogeniture de quibus infra dicetur. Nunq̄ ergo obliuiscaris illius tex. quia nunq̄ repperi ad hoc ponderatum, & sic p illum tex. satis aperte erunt sublata fundamenta que in partem contrariā fiūt Imo. dicebat And. de Isern. in. ca. naturales titu. si de feudo fuerit controuersia inter dominū & agnatos q̄ aliqui asserunt et nō male secundum eū, q̄ princeps nō potest naturalem legitimare quantum ad successionem vbi extāt filij legitimi: qa auferret ius legitimis debitum: & daret illegitimis quibus nō deberetur & quia legitimi habent a iure diuino non autē illegitimi, q̄m filius legitimus est ex matrimonio instituto i paradiso a deo dum dixit. Quos deus coniunxit homo non separet. Item dicit Non erit heres filius ācille cum filio libere. de quo habetur. xxxij. q. iiij. ca. dicat aliquis. &. q. secunda. c. non omnis. &. xxxv. q. vij. c. quid ē

Princeps ius diuinū tollere non pōt.

Sed sic est q̄ princeps nō potest tollere ius diuinum c. cum inferior de maio. & obedi. c. sunt quidem. xxv. q. prima. Notatur in c. que in ecclesiarū de constitu. cū similibus. Et de hoc dicto And. de Iser. meminit Alex. ꝓci. c. lxxxvij colum. secunda in quinto volumine vbi fortis⁹ dicit q̄ si tempore legitimationis non extabāt filij legitimi & naturales, sed ex post facto supuenerunt, debet infringi legitimatio: quia quā-

Q̄n res deuēit ad eū casum a quo incipere non pōt vicia-tur act⁹.

do res deuenit ad eum casum a quo incipere nō potest viciatur actus. l. vranius. §. sed cum duo ff. de fideiussoribus. l. pluribus. §. & si placet. ff. de verbo. obliga. ideo dicebat Di. in. l. ex facto in princi. ff. de vulga. & pupil. substitutiōe per illum tex. q̄ si habēs filios naturales tm̄ fecit eos legitimari vt possint succedere: deinde habuit filios legitimos & naturales viciatur legitimatio. de quo ibi latius vide p docto. Aduerte tamen q̄ licet princeps naturalem filium legitimare non possit extantibus legitimis & naturalibus, tamen hoc intelligitur de potestate ordinaria, secus si faceret de potentia absoluta & ex certa scientia: quia tunc posset propter supremam potestatem vt notabiliter voluit glo. in dic. capi. naturales: & ibi Aluarotus secunda colūna. Subiungens tamen q̄ licet possit princeps facere de plenitudine potestatis, tamen non cōsueuit in preiudicium aliorum: nisi per raro & ex causa. l. nec auus. C. de emancipa. liberorum. l. secunda in fine. ff. de nata. restituē. Bal. in. l. Nā ita Dinus. ff. de adopti. adde eūdē Bal. in c. filij nati titu. Si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. vbi dicit q̄ licet impator possit legitimare filios spurios existēte filio legitimo & naturali, ita q̄ succedāt p virili cū legitimo: tm̄ imperator qui hoc facit videtur esse vnū pecus, & nō habere p̄ oculis iustitiā publice honestatis. Nam considerare debet q̄ per

Per solas nuptias ꝓseruatur elegās genus humanū

solas nuptias conseruatur elegās genus humanum vt in auctentico de nuptijs i prīcipio vbi dicitur q̄ nuptie prestant immortalitatem humano generi. ad hoc facit tex. i. l. prima. ff. solu.

matrimonio, & ita notat Bal. de predicto Bal. meminit Dominus Iason. in lege. gallus. §. & quid si tñ. columna. xviij. ff. de libe. & posthu. vbi dicit. Caue qa nõ negat Bal. qn impator hoc possit sed incõsiderate facit. Et certe Bal. satis inhoneste de principe loquit, vt in simili dicit Panor. in. c. fi. extra ne clerici vel monachi. co. pen. Hec aũt qstio vtrũ possit, altiorẽ requireret indaginẽ. ista p nũc sufficiãt, recurre ad Domi. Iason. in. d. §. Et quid si tñ. vbi q plurima aurea in pposito cumulat q p ocium videre poteris occurrẽte materia.

¶ Questio. xiiij.

¶ Vtrũ legitimatus primogenitus per subsequens matrimoniũ excludat in iure primogenitureſecundogenitum legitimum.

OAnes Andree in regula sine culpa i mercuria. questõe secũda de regu. iu. in sexto exp̃sse mouet hanc qõem. Et concludit indubitãter q legitimatus per rescriptũ non excludit secũdogenitũ legitimũ. Et idẽ in legitiato p subsequens matrimoniũ, de quo tñ dicit se tremulẽtũ loq. ¶ Felinus post Io. And. hanc qõem mouet in ca. prudentiam. col. iij. versi. Primogenitus legitimatus de offi. deleg. extra. Et dicit q de hac questione est solẽnis disputatio Dñi Floriani de sanc. pe. que icipit Baro quidã de nobili stirpe, pgenit⁹ in quarta charta. vbi ꝯcludit q immo talis legitimat⁹ per subseqũs matrimoniũ excludit secũdogenitũ legitime natũ. Et hanc opinionẽ contra Io. and. credit Felinus veriorem per. c. tãta, qui filij sint legitimi per quem tex. dicit ibi Hostiẽ sis in fine, q naturales ex postfacto legitimi cũ suis naturalib⁹ & legitimis oñimodo concurrunt. Ad hoc facit quod etiã dicit Bal. in. c. per tuas de maio. & obe. extra vbi dicit, q legitimatio per matrimonium pfiguior est q̃ queuis alia legitimatio Ad hoc vide etiã Alexã. cõci. ccxlvj. col. fina. vbi dicit, q multa cõcedũtur legitimatis p subsequens matrimoniũ que non conceduntur legitimatis per rescript. principis secundũ nota. in. ca. tanta. &. ca. per venerabilem qui filij sint legitimi. Et eundem Alexan. in quinto volumine. conci. clxxxvij. col. ij. vbi dicit, q quando tempore legitimationis extarent filij legitimi & naturales nõ videtur q possit p rescriptum principis fieri legitimatio ad exclusionẽ vel preiudiciũ legitimorum, licet aliud sit in legitimatione que fieret p oblationẽ curie vel p subseqũs matrimoniũ p tex. in auctẽ qui. mo. natura. efficiuntur sui. §. illud, cũ §. seq. & in auctentico, qui. mo. natura. effi. legi. §. si vero solummodo. Notat Barto. in auctentica. Item si quis. C. de natura. libe. Anto. de Rossel. in tracta. suo legitimationũ. lib. j. §. vltimo est videndum de ipa causa finali seu effectiua. colũ. iij. versi. Restat modo finaliter vnã notabilem & singularẽ questionem examinare. Expresse & in terminis hanc questionem mouet arguẽdo in partes dicens, q oñibus alijs questionibus materie legitimationis hec questio difficilior est & q ppter diuersitatẽ disputantium vult omnibus alijs plixius scribere. Et certe multum prolixe scribit amplificando hanc qõem per vndecim colũnas. Nostrũ autem erit ad diffusissime & ab ipo & a doctorib⁹ circa hãc questionem cumulatur, breuiorib⁹ pstrigere.

Difficilior qstio materia legitimationis.

¶ Sciendum est ergo, q circa hanc questionẽ fuerunt docto. in opinionũ conflictu & colluctatione. Aliqui tenuerunt q talis primogenitus succedere debeat in iure primogeniture. Et hui⁹ opiniõis fuit vltra supra relatos Guiller. de Cuno. Et Richardus malũbre quos refert p̃dictus Anto. de Rosel. loco supra allega. col. vj. Et mouent p̃dicti doctores & sequaces pluribus rationib⁹ & fundamentis: quorũ alia qua de principalibus referemus, vt possimus delibare arduitatem materie.

¶ Primo ergo p hac pte facit: quia nati ex cõcubina postea vxore p̃nt ad sacros ordines, promoueri. iuxta nota. in. c. cũ in cũctis. in. c. inno tuit, de elec. extra: i. c. tãta qui filij sint legit. cũ simi. Et tamen ante matrimoniũ isti nõ poterãt promoueri, vt toto ti. de filijs p̃sby. Si ergo p matrimoniũ subsecutũ efficiũtur habiles tanq̃ vere legitimi ad actus & officia ecclesiastica, a fortiori per matrimoniũ subsecutũ efficientur habiles ad res tẽporales. arg. c. p venerabilem qui filij sint legit. maxime cũ vbi est maius periculum cautius sit agendũ, vt est tex. in. ca. vbi piculũ. de elec. in. vj. cũ ꝯcordãtijs alleg. i glo.

Pro parte affirmatiua

Vbi maius est periculum cautius est agẽdum.

¶ Secũdo, quia sicut in iure primogeniture cõsideraꝯ ordo primogeniti: ita in successiõibus ab ĩtestato inspicit ordo proximorũ. l. ij. §. j. ff. de suis & legi. Sed hoc secũdo casu hec proximitas consideranda est quãdo agitur de delatione successionis. lege prima. §. primo. ff. vñ cognati. l. non debet. ff. de legi. vbi habet q tunc de successoris qualitate tractandũ est cũ defertur hereditas. & ad idem est tex. in. l. non intelligitur. §. quando. ff. de iure fisci. Et ita licet a principio legitim⁹ non sit, sufficit q tempore mortis patris quo defertur hereditas sit legitimus.

Tunc de successoris qualitate est tractandum cũ defert hereditas

Legitimatio p matrimoniũ ẽ pfiguior q̃is alia.

E j

Qualitas adiecta verbo q̃li ficatur secũdũ tempus verbi

Nam qualitas adiecta verbo qualificatur secũdum tempus verbi.lege titius.ff.de mili.testa. Bar.in.l.ex facto.ff.de vulga.& pupil. Si ergo dicitur primogenitus legitimus succedere debet,hec dictio primogenit⁹ & dictio legitimus referunt ad verbũ succedere,& ita determinari debẽt secũdũ tp̃us quo locũ habet successio, ¶Tertio & vltimo probatur hec pars. Nam legitimati excludunt agnatos qui alias sine legitimatione successuri erant/ vbi secus si legitimatus non esset.§.si quis autem defunctus in aucten.qui.mo.natura.efficiuntur sui. Notat Barto.in.l.gallus.§.& quid si tm̃.ff. de libe. & posthu. Si ergo legitimatus iste excludat agnatos vt prediximus,ergo primogenitus legitimatus excludet secũdogenitum qui alias successurus esset,maxime quia tãta est vis matrimonij:vt qui antea sunt geniti post ꝯractum matrimonium legitimi habeantur,vt formaliter dicit tex.in.ca.tanta/qui fi.sint legiti. Et ibi glosa dicit in ver.legitimi,ꝙ matrimoniũ omnia precedentia impedimenta purgat. Sic ergo iste est primogenitus non est dubium est illegitimus etiam indubitanter. Et ita sublata causa illegitimitatis videtur sublatus effectus: scilicet obstaculum in succedendo. Si ergo ī parte succedere potest, ita & in toto iure sibi competenti ratione primogeniture.quia idem est iuris de toto quoad totũ,sicut de parte quo ad partẽ.l.que de tota.ff. de rei vẽdica.cũ sibꝫ. Nec obstat quod principaliter adducũt fouẽtes partem contrariam ꝙ sic preiudicaretur alteri iuri quesito.s.secundogenito qđ non est dicendum:quia restitut⁹ nõ recuperat ius alteri q̃sitũ:vt no.glo.in.d.l.gallus.§.& quid si tm̃. Sed hãc opinionẽ tenendo respondere potes. ¶Prio ꝙ ius competens secũdogenito legitimo est tm̃ in spe quespes nõ curat, vt est tex. in.l.post emancipatũ.ff.de libe.legata. Et ibi Bar.bo.tex.in.l.j.§.qui mortis.ff. ad tertullia. vbi seruus pene successionẽ sibi delatã perdit quã nõ recuperat nisi restituat a principe. & tm̃ in spe erat alteri ius quesitũ cũ sequenti proximiori eẽt hereditas deuoluta.ꝓ hoc facit qđ nota.dicũt Ange.& Imo.in.l.si alienũ.§.in extraneis.ff.de heredi.instituen.ꝙ si pr̃ instituit simplr filiũ spuriũ & postea facit eũ legitimari viuẽte ipo patre,ꝙ institutio recõualescat & legitimatio trahit retro. Rationẽ assignãt/qa viuẽte testatore nullus habet ius formatũ in hereditate.l.l.qui superstitis.ff. de acquirẽ. hereditate.l.j.§.si ipubere.ff. de colla.bono. Idẽ tenet Bal.in.l.certũ.C.vñ legitimi. Et ita ergo ad hoc ꝙ legitimatio nõ noceret secũdogenito filio legitimo ꝓpus eẽt ius esse incõmutabiliter formatũ in psona ipius secũdogeniti.argu.l.fi. ff.de natalib⁹ restituẽdis nõ sic in ꝓposito. ergo nõ est mirũ si legitimat⁹ primogenitus p̃ferat secũdogenito legitio. ¶Itẽ secũdo forti⁹ respondeꝙ p legitimationẽ vel restitutionem nõ preiudicat iuri q̃sito ꝓcedit & limitat secũdum Do. Iaso.post Raphaelẽ comẽsem ī.d.§. & qd si tm̃ qñ esset restitutio vel legitimatio facta per viam gr̃e secus aũt si p viã iustitie fiat arg.l.pria.§.fi.ff.de q̃stio. Nã restitutio cõcessa p viam iustitie pīguius succurrit q̃ gratiosa.l. ꝙ si minor.§.sceuola.ff.de minoribus.l. pria. §.itẽ ex diuerso.ff.eo.ti. Idẽ tenuit Nellus de sancto Geminiano in tract.bãnitorũ in prima parte.q.xj.in fine.ergo in ꝓposito cũ legitimatio que fit p matrimoniũ sit p viam iustitie sine alio rescripto aut gr̃a principis dato ꝙ esset scdogenito ius q̃sitũ nõ tm̃ ꝓcesso adhuc legitimatio preiudicare posset ipsi secũdogenito in fauorẽ primogẽiti legitimati. Ad hoc facit qđ nota.& singulariter di.Bal.ī.c.inotuit.iiij. col. de elec.extra ꝙ donatio facta alicui p carentẽ liberis legitimis & naturalibus non reuocat p legitimationẽ factã de spurio ex quo iã est acquisitũ ius donatorio,nisi esset legitimat⁹ per subsequẽs matrimoniũ:quia tunc reuocat donatio quãtũcunq; esset ius quesitũ alteri sicut reuocaret p natiuitatẽ filiorũ legitimorum.l.si vnq̃.C.de reuocãda donatione cũ simi.de quo dic.meminit Do.Iason in d.§.& quid si tm̃.columna.xxij.dicens se alibi non legisse.

Restitutõ concessa p viam iustitie pīgui⁹ sucurrit q̃ gratiosa

Matrimonium precedentia ipedimenta purgat.

Idem est iuris de toto quo ad totũ sicut de parte ad partẽ

Spes successionis nõ curat.

Viuẽte testatore nullus habet ius formatũ ī hereditate

¶Item tertio respõderi põt quia vbi aliquid deperdit iuris dispositione & nõ facto hominis restitutus vigore restitutionis ad illud restituitur esto ꝙ esset iam alteri quesitum.l. siue patronus in prin.ff.de iurepatro.vbi habet ꝙ patronus qui ipo iure ius patronat⁹ amiserat p restitutionẽ illud recuperat,esto ꝙ iam fuisset alteri q̃sitũ. Ita tenẽt docto.signãter Alexã. & Aretin⁹ in.d.§. Et quid si tãtũ. facit tex.ī.l. fi.in prin.ff.de sentẽtia pacis tex.in.l.j.§.filius & ibi Bar.ff.ad tertull. Pau.de cast.in.l.interciditff.de cõdi.& demõ.Pe.de ancha.ī.c.q̃is. col.ij.de rescrip.ī.vj. Panor.ī pncip.cxcij.incipiẽte.in q̃stione heredũ.v.col. Et ita p hec videtur firmata opinio hec prima ꝙ.s.legitimatus per subsequẽs matrimoniũ p̃iudicet secundogenito legitimo & in iure primogeniture p̃ferat. Adde ꝙ ita voluit Hostiẽsis in.c. lator, q filij sint legitimi. Anto.de butrio in.c. p venerabilem.eodem titulo questione vltima, vt corrigit dicta sua.in capitulo tãta.eodem titulo,vbi ꝓtrariũ tenuerat,& ita ꝓpter auctoritatẽ Anto.

Restitut⁹ ad ea que iuris dispõe dep dita sunt restituitur

tenuit Pau.de cast.in suis consi.antiquis cõsi. ccxxiij.als.clxxvj.quod incipit super eo quod primo loco,& idem Paul.in.l.fina.C. de his q veniam etatis impetrauerunt.Panor.ita voluit in dic,ca.tanta.columna prima.in tertio nota.vbi reprehendit Anto.de but. ita contrariũ tenentem & rationem assignat Panormñ.quia sunt auctoritate iuris legitimi.Nec obstat tex. volẽs q habeantur p legitimis quia idem importat ac si dictum fuit sint legitimi. arg.c. ex parte de sponsa.extra. sicut Paria sunt esse ciues siue haberi pro ciuibus,nota. in lege si is qui pro emptore.ff.de vsucapio. & idem Panor.vbi supra super glo.q̃ singulariter vult,q legitimat⁹ per subsequés matrimoniũ quoad omnia habeatur pro legitimo infert ad questionem. An debeat legitimatus in feudũ succedere. & dicit licet videatur velle tex.in.c. naturales in titulo si de feudo fuerit controuersia in vsibus feudorum.Sed cõtrarium ipe tenet post Iaco. de bel. & Hostiensem dicens, q ille tex.in.d.c.naturales debet intelligi in legitimato per rescriptum pricipis,quia talis legitimatio est stricti iuris.argu.in. ca. quod dilectio de cõsanguinitate & affinitate. Sed matrimoniũ tanq̃ fauorabile purgat omnia precedentia. Itẽ quia glosa in dicto cap̃.naturales vult q per rescriptum pricipis succedere possit in feudum.ergo a fortiori est inferẽdum in legitimato per matrimoniũ. Et ideo licet Baldus in dict.ca. naturales distinguat vtrum in concessione feudi sit dictum vt transferat ad posteros ex se legitime descendentes vel non tamen Panormitanus ibi dicit, q indistincte isti legitimati per subsequens matrimonium succedere debent etiam in feudo.

Paria sũt esse ciues & haberi p ciuib⁹

Legitimatio per rescriptum principis est stricti iuris.

¶Altera est opinio contraria, q scilicet filius primogenitus legitimatus per subsequẽs matrimonium non preiudicet secundo genito legitimo. & p hac opinione facit.

Pro parte negatiua.

¶Primo quia quando verba legis concludũt aliquid debere fieri certo tempore non sufficit illud posteriori tempore celebrare text.in.l si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hered.vbi habetur, q quando lex requirit mãdatum vel iussum non sufficit consensus post factum adhibitus ,ad idem est textus in lege obligari.§.tutor.ff.de auctoritate tutorum:sed sic est q lex vel cõsuetudo requirit ad cõsequẽda iura primogeniture aliquem esse primogenitum legitimum. que verba respiciũt tempus generationis. Et ita non sufficit si postea primogenitus accidentaliter efficiatur legitimus.

Vbi lex aliquid fieri certo tẽpe reqrit non sufficit posteriori tempore celebrare.

¶Secundo. Nam si illegitimus eligatur non valet electio eius etiam si statim post electionem matrimonio subsecuto legitimetur.c. innotuit.de elec.& ibi notant doctores. Si ergo ita est in electione,ergo idẽ erit in psequẽdo iure primogẽiture. quia sicut per electionẽ quis consequitur dignitatem: ita & per ius primogeniture.septima questione prima.ca. q̃ periculosum.de quo j.ij.lib.latius videbimus.

Sicut per electionẽ quis cõsequitur dignitatem ita per ius primogeniture

¶Tertio,quia non dicitur legitimatus p matrimonium legitimus nisi quia lex ita fingit. Modo sic est q lex nunq̃ intendit fingere vt noceat pariter priuilegiato.lege prima.§.accedit.C.de rei vxori actione iunct.l. fina. C. qui potio.in pigno.habeantur.vbi habetur q fictio stipulationis de dote nõ verificatur in detrimentum prime dotis ne noceat rei pariter priuilegiate. Et nunq̃ inducit lex fictionem nisi vbi suadet equitas. lege postliminij. .ff. de captiuis . & postliminio reuersis. Modo sic est, q pro illo q nascitur legitimus est maior equitas & maior causa priuilegij, ex quo in instãti sue natiuitatis legitimitatem secum trahit.argu.l.quotiens.C.de rei vendica. & lege potior.ff.qui potio. in pigno.habeã cũ similib⁹.§ &c.Anto.de Rosel'loco supra alle. dicit, q multi tenuerunt hanc opinionem. vt And.de Iser.in dict. ca. naturales. si de feudo fuerit controuersia in vsibus feudorum.Iaco. de bello visu in auctentico,qui mo.natura.efficiuntur sui.§.tribus.Ioan.and.in dicta regula sine culpa in mercuria. Et pro hac parte dicit multos doctores consuluisse,tandem post longam discursionem huius materie se resoluit per hanc distinctionem. Aut statutum siue cõsuetudo habet interpretationem ab ipsa consuetudine,& tunc illam interpretationẽ sequi debemus.l.de quibus.l.de interpretatione.ff. de legibus. Aut consuetudo vel statutum nullam habet interpretationem a loci consuetudine & tunc dicit inspicienda esse verba statuti aut consuetudinis. Nam si dicunt,primogenitus succedat & tunc quandocũq; erit iste primogenitus legitimat⁹ est ante mortem ei⁹ de cuius successiõe agit̃ succedet. Aut verba cõsuetudis dicũt,primogenit⁹ legitim⁹ &c. Tũc secũdo genitus legitim⁹ succedit & prefertur primogenito licet demũ legitimato,quia statutum dicendo primogenit⁹ legitimus requirit ꝯcursum ambarũ qualitatũ. Adde q ita prorsus determinat & ꝯcludit Prepo.in.ca.p venerabilẽ. extra qui sint legit.§. qđ añit.col.xxxij. post longam discussionem hui⁹ materie.& vide eundẽ ibidem col.xxvij.circa finẽ, vbi tres

Lex nũq̃ inducit fictionẽ nisi suadente eqtate.

Interptationem consuetudinariam seq debemus

dat rationes. quare primogenitus succedat in regno. Secundo quare potius primogenit⁹ q̃ secũdo genitus & de his rationib⁹ suo loco dicemus infra. Tertio in proposito quare legitimus & naturalis legitimatus, vt scilicet reprimantur & euitentur principis concupiscentie: quia debet esse princeps amator castitatis. Princeps debet esse amator castitatis. A dhoc vide tex. in auctentico de lenonibus. Item quia princeps debet se conformare iuri diuino quo cauetur, non erit heres filius ancille cum filio libere. Gene. xx. primo capitulo. &. c. occurrit. xxxij. questione tertia. & in auctentico qui mo. natura. efficiuntur legi. §. illud. Sed forsan apertius hanc materiam duabus conclusionibus aut tribus dissoluemus.

Prima cõclusio. ¶ Prima Conclusio. Primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium prefertur secundo genito legitime nato post matrimõium, vnde secuta est legitimatio. Probatur hec conclusio/quia tempore natiuitatis secundo geniti iam habebat ille primogenitus vtramq; qualitatem & primogeniture & legitimitatis, vt probatur per. ca. tãta. qui fi. sint legitimi: extra vbi dicit text. qui satis non potest repeti in hac questione. Tanta est vis matrimonij, vt qui antea sint geniti post contractũ matrimonium legitimi habeantur. Et sic non obstabunt fundamenta in contrarium allegata cum iste priori tẽpore q̃ quiuis alius vtrãq; qualitatem adeptus sit & tempore legitimationis nulli fit iudicium cum tunc tẽporis nullus esset legitimus.

Secunda conclusio ¶ Secunda conclusio. Primogenit⁹ legitimatus per subsequens matrimonium iam extantibus legitimis ante hanc legitimationem non preiudicat in iure primogeniture ipi legitimo prius nato. Nam sic legitimatio esset in preiudicium iuris alteri quesiti, & ita cum retrotrahi non potest secundum notata in dicta lege gallus. §. & quid si tantũ pro hoc est bo. tex. in §. liceat in auctentico, qui mo. natura. efficiuntur legitimi ibi & suos decetero/& ibi & hoc facto exinde filios per quem tex. ita ponderat ibi Angelus. Ad hoc est etiam text. in §. illud, in fine in auctentico qui mo. natura. efficiuntur sui ibi quo facto ex hoc filios frui. & glosa exponit ex hoc scilicet tempore & per hec iura vide Dominum Iasonem ita formaliter tenentem in dicto §. & quid si tantum. columna decimasexta/ad principium, adducens etiam text. in dicto capitulo Tanta. per quem textũ dicit probari, q̃ legitimatio que fit per subseqnens matrimonium non trahatur retro. Nam dicit ibi textus. Tanta est vis matrimonij vt qui antea sunt geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur. pondera dictionem post/ergo non ante matrimonium legitimi habentur. & sic non preiudicant legitime natis ante ipsum matrimonium. Et ita clare per illum textum determinatur presens questio sine mendicatis suffragijs Et si dicatur, imo videtur q̃ retrotrahi debeat nec per hoc fiat preiudicium filijs legitimis ante legitimationem natis cum iam nullum haberent ius in hereditate paterna. Et ideo dicebat Dominus Iason in lege in suis. ff. de libera, & posthu. colũna quarta. circa principium, q̃ licet filius dicatur habere spem succedendi post mortem patris. lege nec ei. §. preterea. ff. de adoptio. tamen filius in vita patris non dicitur habere ius considerabile etiam spe legitima nec habere ius causatum in hereditate vel bõis patris per textũ notat. in lege prima §. si impubere. ff. de carbanano edicto. lege. precia rerum in principio. ad legẽ falcidiam. ff. ita tenet Bartolus in lege post emãcipationem §. primo. ff. de liberatione legata. & in lege finali. ff. de liber. agnoscendis. Hinc dicit Bartolus in dicto §. si impubere. q̃ filius viuente patre non potest petere legitimã Et ideo respondet Dominus Iason ad illud Euãgelicum Luce quadragesimoquinto, vbi dicebat filius prodigus patri. Da mihi portionem substantie vel bonorum que me contingit, & pater sibi dedit. Dicit q̃ id factum est volente patre, alias enim de bonis patris viuente patre nihil debetur filio preter alimenta. leg. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis que liberis auctentica si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. Respondet secundum Prepositum in dic. ca. per venerabilem. §. quod autem columna trigesima/in fine. q̃ nedũ in spe habet: immo in effectu ius primogeniture, ita q̃ non potest pater sibi circa illud preiudicare. de quo videbimus infra latissime.

¶ Dicendum est ergo, q̃ imo filij in vita patris dicuntur habere spem multum pregnantem in bonis paternis plurimum considerabilem. Nam in eos dicitur continuari dominiũ in filijs a⁹ continuatio esse non potest. Et ideo dicebat glosa notabilis post tex. in. ca. finali. in fine de feudi cognitione q̃ filij post mortem patris non acquirunt feudum patri succedendo, sed in vita iam acquisitum capiunt cũ liberiori administratiõe: quam glosam multũ extollit Baldus, dicens menti tenẽdum illum pulchrum & sapidum modum loquendi. Hinc dicit idem Baldus in ca. primo in vltima

Filius i vita patris. non dicitur habere ius considerabile in bõis patris.

Nota de filio prodigo.

Filiꝰ i vita patris habẽt spem multũ pregnantem.

Pulcher & sapidus modus loquendi se cũdũ Bal.

col.iij.titu. An mutus surdus vel aliter imperfectus,q; suus heres viuente patre dr̃ feudatarius.arg.l.si is qui duos.ff.de liberatione legata. Et ideo post mortem patris non dr̃ succedere in feudo:sed illud retinere potius.ad hoc facit Bo.tex.in.l.licet.§. paternos libertos nostros,libertos dicere possumus.hinc dicit ipsemet Domin⁹ Iason in.d.l.in suis in pria col.q; sicut pater appellatur pater familias: id est dominus substantie vel bonorũ:ita appellatur filiusfamilias quia similiter est dominus substãtie & facultatis paterne. Et ponitur differentia in nomine,vt vnus pater alter filius appelleť: vt discernatur genitus a genito,& sic causa a causato. Ad hec accedat glosa nota. & singu.i ca.fina.xxiiij.questione prima,que dicit q; filij Comitum viuente patre debent vocari Comites. Iam enim domini sunt & eis sola administratio deest per quam glo.dicebat nota,abb. Panormita.q; ex consuetudine a lege inducta filij Comitum appellantur Comites,etiam in vita parentum. Ita dicit Abb.in.ca.tanta. tertia columna,qui filij sint legiti. Ad idem vide Bald. in dicta lege in suis, circa finem vbi dicit per hanc glosam,q; filius regis dicatur rex viuo patre & habere dignitatem Regiam,licet tamen sine administratione propter Aristotelem dicentem in quinto Politicorũ. Non principantur alicubi pater & filius simul,nec maior & minor. Ad hec accedat etiam glosa secunda,in.ca. Adrianus per illum tex.lxiij.distinctione/vbi vult,q; filij imperatoris dicunť Augusti & Cesares eis viuis. Accedat etiam glo.in.l.ij.C.qui etate.libro decio.C. vbi vult, q; estimũ patris dicitť estimũ filij,de qua glosa meminit Felin⁹ i prio.co.ij.de magris:extra. vbi dat rationem ad illam glo.quia etiã viuente patre videtur filius habere in habitu dominũ patrimonij.& p hoc plura adducit signanter,dic.l.in suis/& in fine dicit, q; licet pater & filius censeantur eadem persona,ficte tamen patrimonium patris dicitur patrimonium filij sine fictione. Per hec ergo aperte satis probatur,q; fieret preiudicium. retrotrahẽdo effectum legitimationis filijs legitimis ante legitimationem natis.Io.de imo. Et gemina in.c. grandi.de supplenda negligẽtia prela. Ad hec etiam vide conci.Sozi.conci.cclj.col.x.in fine vbi videtur approbare in legitimatione p matrimoniũ facta quod tenuit Io.and.i dic.regu. sine culpa: vt scilicet legitimatio illa non habeat auferre spem successionis. Et eũdem Sozinum vide in concilio.ccxlvj. columna quinta in princi. Nec obstat etiam si dicatur q; licet sit ius quesitum,aljs filijs tamen per legitimationem siue restitutionem preiudicetur ex quo ista est restitutio iustitie & non gratie: quia satis illud posset procedere in eo qui restituiť ad ius quod aliquando habuerat: sed non sic in proposito. Et ratio differentie est. Nam vnaqueq; res de facili reuertitur ad naturam suam. lege si vnus ex argentarijs.§. pactus ne peteret. ff. de pac.c. ab exordio.xxxv. distinctione.& pro hoc vide dicta Feli.in.c. cũ omnes. de constitu.columna tertia: extra. de qua regula communi vide extensionem & cumulationem positam per Dominũ Iason. in dict.§.pactus ne peteret. Non obstat tertio qd̃ supradictum est.q; vbi aliquid est deperditũ ipso iure sine facto hominis ad illud restituiť q̃s esto q; alteri sit ius quesitum,quia licet aliqui tenuerint hanc conclusionem, tamen a pluribus reprehenditur.Ideo Domin⁹ Iason in dic.§.& quid si tantum. columna decimaquinta dicit hanc decisionem esse duram. Et ideo contrarium tenuit Bald.in illo.§. Et quid si tñ.columna penultima: Referens etiam cõtrarium fuisse determinatum per legatũ Bononie/quia ius quesitum tertio non potest ab eo auferri.pro quo adducit Domin⁹ Iasõ duo concilia. Al exan.quem dicit sibi contrariari concilium trecẽtesimum tricesimum primũ incipiens mature in secũda columna,in secũdo volumine,& conciliũ trecẽtesimum quinquagesimum septimum, incipiens nec arguendi,in sexta columna/ad finem. Et ita remanebit defensata vtraq; conclusio supradicta.

¶ Tertiam conclusionem etiam facere possumus,q; inter naturales matrimonio legitimatos nullis aljs legitimis extantibus etate maiori ius primogeniture debetur per.d.c.tanta. quia censendi sunt legitimi. Et ideo licet Anto.de Rosellis in suo tracta. de legitimatione contrarium tenuerit,in.§. vltimo est videndũ de causa fina.columna penultima. in fine, dicens,q; statutum quo cauetur,q; primogenitus legitimus succedat: Isto casu locum non habet quia omnes ꝯcurrere debent tanq̃ non comprehensa. lege statuto,& sic remanet in dispositione iuris communis. lege si cũ dotẽ. ff.solu.matri.ca.susceptum.de Rub.in sexto. cũ simi. Tamen Prepositus in. d. ca. per venerabilem.§.quod autem.columna.xxxij.versicu.Sed dubium posset &c,dicit hoc ratiõe carere,aļs enim nõ haberenť acsi legitimi essent & sic esset contra dictũ capitulũ.tãta.pro hoc est tex.in.§.& quoniam in auctentico qui modo.nãtura.efficiuntur sui.vbi dicit textus,q;

Vnaqueq; res de facili reuertiť ad proam natum.

Tertia cõclusio.

Casꝰ omissus remanet in dispositione iuris communis.

Prfamilias. Filiusfamilias.

Filij comitũ viuẽte prẽ dicũť comites

Filiꝰ regis viuo prẽ rex dicitť.

Filij imperatorum dicũtur Augustiviuis imperatoribus.

legitimatus non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi sunt ergo tm̃ debent habere q̃tum hi qui ab initio sunt legitimi. Sed inter eos qui ab initio sunt legitimi fuisset hec prerogatiua primogeniture, ergo & in istis legitimatis esse debet, maxime quia hic agit̃ de legitimatis per subsequens matrimõium qui sunt longe fauorabiliores q̃ legitimati per rescriptum principis: vt patet ex supradictis.

¶ Questio.xv.

¶ Vtrum Primogenitus legitimatus per oblationem curię excludat secundo genitum legitimum in iure primogeniture.

ALIA consequenter mouetur questio de primo genito qui legitimat⁹ fuit per oblatiõem factam curie, An talis habeat excludere secundo genitum legitimũ quoad ius primogeniture consequendum

Legitimatio p oblationẽ curie a quo fuit introducta.

foueri illa prerogatiua benedictionis in primogenito. Et licet hec videantur habere colorem nescio tamen si procederent de iure: quia licet benedictio videatur in se habere institutionē tñ Bal. in prohe. decre. col. penul. tenet q̄ pater benedicēdo nec videtur instituere nec maledicēdo exheredare: quia cum maledictione quis potest heres institui. l. his verbis. §. j. ff. de here. instituen. quod dicit. verum etiam si malediceret ex causa sufficienti ad exheredationē quia verba dignationis vel indignationis non disponunt quod sonant: dicit tñ q̄ in veteri testamento seruabatur cōtrarium: quia maledictio patris eradicabat domū filiorū: no. archi. in. c. cum ergo. xxiiij. q. iij. ad idem vide Alex. de Imo. in dic. §. nō omnis. ff. ad trebellia. col. iij. Dicit tñ q̄ putaret verius q̄ verbū benedictio ad institutionē non traheretur. vide dñm Iaso. in auten. nō licet. C. de libe. prete. vel exhere. in. j. col. versi. j. Nota vbi de dicto Bal. supra relato meminit & singularē appellat: vide do. Iaso. in dic. autē. nouissima col. viij. versi. Quid aūt si pater reliquerit. vide etiam Alex. cōsi. ccxij. in secūdo volumine col. iiij. ver. nō obstat etiā dum dñs ꝓsultor. vbi refert q̄ quidam consultor tenuit q̄ qñ pater dicit Relinquo filie dotem pro sua benedictione debebat intelligi iure institutionis: quod ipse reprehendit dicens quidem hoc nullo iure caueri. Sed forsan dici potest q̄ propter formā datā a iure ciuili benedictio non equipolleret institutioni. Tamen ꝓsiderato iure veteris testamēti equipollebat. Et ita quod de iure in institutione dicitur in benedictione illius temporis satis pōt ꝓportionari. Tamen q̄ pater teneatur omnes filios instituere iure nō cauetur de hac prerogatiua & de iure nō fit ista benedictio. Quia a iure ciuili & canonico est incognita. Et sic recessit ab aula cōsiderata dispositione iuris: per hanc rationem potuit dicere Martinus hodie hanc prerogatiuam locū nō habere: nō autem per illā rationem: quia equaliter institutio fieri debeat: quia nō cogitur pater seruare equalitatem in instituēdo. Sed astringitur ad legitimā tñ relinquendā filijs: quod & videtur seruasse Isaac. Nam cum videret Esau se frustratum benedictione interrogauit patrē Isaac: nō vnā inquit benedictionem tñ habes pater? mihi quoq; obsecro vt benedicas. Cūq; eiulatu magno fleret motus Isaac dixit ad eū. In pinguedine terre & rore celi desuper erit benedictio tua: viues in gladio & fratri tuo seruies. & ita institutus fuit Esau, licet nō in portione equali cum benedictio siue institutio de Iacob amplior longe fuerit & frugalior. Cogitabis tamē quia id non reperio bene explanatum. Consideraberis etiā si benedictio illa possit hoc modo fundari. Quia omnis Christi actio nostra est instructio. c. significasti de elec. Solebat de⁹ creaturis benedicere iuxta illud quod habetur Gene. xxiij. Et dñs benedixit dño meo valde & magnificatus est: & dedit ei boues & oues argētum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos &c. Idem etiam in infinitis locis habetur vt ex teipso videre poteris. Sic ad instar patris spiritualis carnalis pater solebat benedicere filijs suis existimās q̄si spiritu prophetico in benedictionib⁹ desiderata filijs suis cōtingere. In benedictionibus tamen solebat fieri etatis discretio propter prerogatiuā primogeniture. Et ideo dicebat Isaac Esau. Venit germanus tuus fraudulenter & accepit benedictionem tuā: ideo tibi debitam. Sed aduerte quia ibi subiūgit textus. Iuste vocatū est nomē eius Iacob: supplantauit enim me in altera vice primogenita mea antetulit: & nunc secūdo surripuit benedictionem meam. Dictio &, sua natura inter diuersa ponitur. glo. nota. in rub. ff. de iur. & fac. igno. Immo ampliatiue ponitur & nō consecutiue. l. ea tamen. ff. de lega. iij. Io. de anna. in. ca. continentia col. iij. de cleri. percuss. extra. Et ita videtur velle tex. q̄ iura primogeniture nihil cōmune habeāt cum benedictione, nisi dicas q̄ primo loquatur de iuribus primogeniture in genere. Secundo de vno speciali iure primogeniture. Et sic dictio & diuersificat genus a specie: non est em̄ inconueniens vt post expressum genus de speciebus specialiter subiūgatur. vt nota. dicit Io. de anna. in rub. de collusio. detegen. extra. circa princi. sicut econtrario dicit tex. notabilis in. l. si seruus seruum. §. inquit lex. versi. cum eo plane qui vnum spurcauit. ff. ad. l. aqui. vbi ad literā dicit tex. Sed nō est nouū vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale subijciat verbum post specialiter comprehensa: que sententia vera est &c. Pro hoc vide rub. de seruitu. & aqua. C. que allegat illud euangelicum. Dicite discipulis eius & Petro. Tunc em̄ dictio &, nō diuersificat: sed potius ponit quādam singularitatem in specie de per se relata

Christi actio nra ē instructio.

De dictione et.

scdm Bal.in dicta rub.vide Feli.in.c.ex parte j.de rescrip.extra.col.ix.vbi allegat Imo.in.l. si cum dotē.§.sinautem in princi.ff.solu.matrimo.vbi dicit q; licet ibi copula &/ponaf iter alimēta & medicinas:nō tñ sunt diuersa:imo appellatione alimentorū veniunt medicine. alia adducit que videre poteris per eum.De his tñ audirem libēter dños theologos ad quos principaliter spectat de his differere.

Pro quinta prerogatiua.

¶Circa quintam prerogatiuam in qua cauetur q; primogenitus duplicem partem in hereditate patris habeat. Adde expressiorē tex. & credo de iure diuino meliorē. Deutero.xxj. c.ibi. si homo habuerit duas vxores : vnā dilectam & alteram odiosam: genueritq; ex eis liberos & fuerit filius odiose primogenitus voluerit q; substantiam suam inter filios diuidere:non poterit filium dilecte facere primogenitum & preferre filio odiose : sed filiū agnoscet odiose primogenitum :dabitq; de his que habuerit cuncta duplicia. Iste em̄ est principiū liberorum eius & huic debētur primogenita.

¶Martinus de Carrazijs simpliciter dicit hāc prerogatiuam dispositione iuris seruari non posse : quia equalitas est inter filios seruanda. Sed parcat mihi quia immo si patrifamilias placuerit seruari poterit:quia arbitrium diuidende hereditatis inter filios parentibus nō est adimendum.l. parentibus. C. familie herciscun. & ideo potest paterfamilias etiam de iure primogenito vel alteri dare duplicē portionem in hereditate sua:defalcata tamen legitima ex asse que alteri filio debef : & hoc preterq̄ in feudis:quia de iure non potest vni plus assignari q̄ alteri scdm Bal.in titu. de prohibi. feu.aliena. per Fede.c.imperialē.& ideo Martinus vbi supra cautius locutus fuisset si dixisset q; nō tenetur paterfamilias seruare de iure hanc prerogatiuam:quia bene potest si vult.

¶Hec autē prerogatiua iure consuetudinario in aliquib⁹ partib⁹ seruaf vt j. videbimus in rela.consuetudinis Parisiensis circa ius primogeniture. ¶Et si opponatur q; immo etiam dispositione iuris positiui sit seruāda hec prerogatiua cum sit introducta de iure diuino:ergo terreni principes non potuerunt abrogare: quia inferior non potest tollere legem sui superioris.l.ille a quo §.tempestiuum.ff.ad trebell.c.cum inferior de maio.&.obed. Nec potest seruus tollere legem domini sui argu.l.si seruus.C.de pac.glo.in autētica ad hec in verbo cadat de vsu.C.

¶Pro solutione dic breuiter q; ea que sunt iuris diuini moralis non possunt imutari:& ideo adhuc hodie seruanda sunt:sed ea que sunt iuris diuini iudicialis vel cerimonialis non sunt tenenda nisi in nouo testamento expresse fuerint repetita tex.& ibi glo. notabi. in.c. fina §. his itaq;.xj.dist.glo.& docto.cōmuniterī.c.fi. de consue.extra.Imo.in.l.stipulatio hoc modo concepta.iij.colum.ff. de verbo. obliga.& .l.iiij.ff.de testa.Ioan.de anna.in.c.iudei.ij. de iudeis extra post beatum Thomam secunda secunde.questione.xcviij. articu. quarto.alias questione.ciiij.articu.tertio. de hoc supra diffuse diximus libro primo.quest.iij.

Pro sexta prorogatiua.

¶Sexta est prerogatiua q; primogenitus benedicebat suis fratribus: que prerogatiua hodie vt putat Martinus de Carrazijs seruanda est vt fit in Lombardia. De hac prerogatiua meminit Policraticus libro. vij. de nugis curialium capi.x.ad prin.vbi plura notāda dicit.

¶Sed considera q; hodie longe maius est discrimen q̄ esset tēpore quo benedictio primogenitis cōmittebatur: nam primogeniti fungebantur sacerdotio & ad sacrificandum domino tunc temporis electi erant:in quorum locum successerunt leuite:iuxta illud quod habetur Nume.viij. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra egypti:sanctificaui eos mihi & tuli leuitas pro cūctis primogenitis filiorum israel:tradidiq; eos dono Aaron & filijs eius de medio populi vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo federis & orent.& hac cōsideratione hec prerogatiua locum haberet & fundamentum dispositione iuris canonici.Sacerdotibus enim benedictio competit.c. missas.de consecra.dist.j. vide cardi. de Zaba. in de. secunda.§.statutum de statu monacho.vbi de pluribus benedictionibus differit.

¶Considera etiam q; alio respectu & iuridice potest habere locum hec prerogatiua per illud quod habetur in.c.deniq;.xxj.distin. vbi dicit tex.deniq; si in epistola ad Hebreos/.viij. scilicet,legimus q; minor a maiore benedicitur & cetera.& ibi glo. dicit q; Melchisedech benedixit Abrahe: & sic per hoc Apostolus Melchisedech fuisse maiorem probat innuens ergo q; maiori competit benedictio erga minorem:& ideo dicebat ibi Prepositus q; presente maiore & illi non anuente non audebat benedicere per.c.presby.xcv.disti. ex quo infert ibidem post archi.q; episcopus inuitatus ab archiepiscopo vt in ecclesia Metropolitana celebret diuina videtur habere tacitam licētiam benedicēdi argu.l. quidā cōsulebat.ff. de re iudi.cum simi.allega.per eum. Hinc dicit tex.in.c.deniq;.q; in ecclesia est mos & cō-

suetudo vt volens legere lectionem petat benedictionem a maiori dicendo vt tibi exponit glo. Iube domine benedicere. Et hoc est quia maiori competit benedictio erga minorem: & ita in proposito: non ergo mirum est si primogenito benedictio competat erga ceteros fratres cum eis omnibus maior sit & etate & dignitate: vt patet ex suprascriptis. Et quia de benedictione inter sacerdotes nuper est facta mētio: vnum obiter iuuabit referre quod perpetuo teneas mēti. Quare dicitur in principio lectionū i ecclesia. Iube domne benedicere. & in fine Tu autem dñe. & Prepositus in dic. c. deniq; hanc rationem assignat: quia in principio petitur benedictio ab homine: & ideo vtimur verbo syncopato & diminuto: sed in fine misericordia a deo petitur: & ideo vtimur verbo integro scdm Hugo. & Archi. quod no.

Quare dī Iube dō= ne & non dñe.

¶Quantum ad septimam prerogatiuam in qua de primogenitis pecorum: vel vt aliqui volunt & forsan rectius de vestibus preciosis primogenitis debitis: dicit Martinus hoc repugnare iuris dispositioni propter equalitatē inter filios seruādam. Sed certe non repugnat considerata qualitate primogenitorum illius temporis. Nam ex quo gerebant dignitatem sacerdotalem non mirum si aliquod in vestibus discrimen erat per id quod habetur in. c. vestimenta de consecrat. distinct. j. vbi dicitur vestimenta ecclesie quibus domino ministratur & sacrata debent esse & honesta quib⁹ alijs vsibus non debent frui q̄ ecclesiasticis & deo dignis officijs que ab alijs non debent contingi nec offerri nisi a sacratis hominib⁹: ne vltio que Balthasar regem percussit super hoc trās= grediētes veniat & corruere eos ad ima faciat. Ad hec expressiorem tex. vide. xl. distinc. in princi. Sacerdotes eius induantur salutari. vnde in veteri testamento varijs vestibus ex precepto domini sacerdotes ornati leguntur &c.

Pro septi= ma prero= gatiua.

¶Immo dic q̄ etiā hodiernis temporibus nō repugnaret forsan q̄ primogenit⁹ preciosiorem vestem haberet attenta qualitate dignitatis primogeniture. Vestes enim debent deferri scdm ordinem dignitatum. vt nota. dicit flo. in. l. sed & si quid. §. mancipiorum. ff. de vsufruc. Ad hec vide specu. in titu. de aduoca. §. sequitur videre de vestibus colū. ij. vbi dicit q̄ aduocati dicuntur sacerdotes. l. j. ff. de iust. & iu. Et sicut sacerdotes debent habere vestes suo officio congruentes: vt. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. in princ. Ita etiam aduocati indui debent pro grauitate & maiestate officij sui & ideo dicit glo. in. l. j. C. nulli licere in frenis & eqstrib⁹ sellis q̄ chlamis militē purpura regē stola sacerdotē / toga aduocatū / cuculla monachum demonstrat: de quo dicto meminit Bal. in. c. causam de ꝓbatio. col. j. extra cum similibus allegatis per eum. Ad hec facit dictū Senece ad vxorē Neronis. Indue te charissima vxor delicate non propter te sed propter honorē imperij. de quo dicto meminit Specula. vbi supra col. j. pro hoc adducēs tex. in. c. j. xxj. q. iiij. & in. c. ij. de custo. eucha. subiungens q̄ vestis debet esse conueniens statui / ordini / & officio. Et ita ergo non mirum est si fiat differentia inter vestimēta primogeniti & reliquorum filiorū.

Quare ei= dem ve= stiū luxū.

¶Sed prochdolor hodiernis temporibus nullum est fere discrimen in vestibus: ita vt vix regem aut imperatorem vestiū apparatu discernas. Quod longe ab antiqua Romanorum magnificētia alienum est. vt aperte habet per totū titu. C. de vestib⁹ oloberis & deaura. vbi etiam trāsgressoribus capitalis pena imponebatur. vt. l. iij. in fi. eo. titu. lib. xij. C. hinc etiam apud Romanos lex fauina. dicta siue sumptuaria scripta erat ad effrenatos cohibendos sumptus. Q̄m inde tandē maxima vt plurimum subsequitur pernicies. Hinc dicebat Portunianus. Cibaria leges gulam iugulāt sumptuarie altimodam luxuriam prohibent. Ideo Policraticus de curialium nugis lib. vj. c. iij. Cōtra nostri temporis thrazones siue gloriosos milites pulcherrime sic iuehit. In eo militarem constare gloriam opinantur si mitidiori splendeant habitu: vt lineas suas vestes veseri cas sic perstinguant & torqueāt vt quasi cutē ceruſatam alijs ve succis obnoxiā carni faciant coherere si gradarijs equis insideant mollius: si callam strati curative acteo nō cedāt Apollini & delicijs sint magis q̄ virtute pressignes eorum si forte construxeris aciem castrū Phaidis q̄ Hannibalis tutius expugnabis.

Cōtra ef= frenē ve= stiū luxū.

Cōtra mi= lites ho= diernos.

De vestiū decētia & indecētia.

¶Et de his militibus proprie voluit loqui Cy. in. l. j. C. de iur. & fac. ignoran. columna. iij. vbi formaliter dicit q̄ priuilegia concessa militib⁹ inris dispositione non debent locum habere in militibus nostri temporis qui vacant mercaturis & negocijs priuatorum. Multi enim reperirentur qui nescirent se armare & qui vilissimas artes exercuerunt & demum cingunt ense balneantur aqua & antecedunt in potu & in honore pellib⁹ varij & deauratorum calcarium cum quadam prerogatiua reuerentie salutantur: & satis in hoc priuilegio gaudent alijs priuilegijs militaribus non sunt digni: hec sunt verba forma Cyni loco supra allegato. Et de istis militibns vide ibidem late docto. post

Cy.vide Alexã. de Imo. vbi late col.iiij. in fi. cum seq.& do.Iaso. post Raphaelem comensem in.l. milites.ij.col.ff.de re iudica. vbi dicit post eum q̃ priuilegium legis illius nõ habet locum in militib⁹ nostri temporis auratis qui non sunt bellatores nec vacant armis:sed tota die stant in plateis.Hec iuuabit obiter retulisse q̃m de vestimentorũ decẽtia incidit dicere. Et profecto tantus est tanq; effrenatus fastuosorum militum nostrorum luxus vt ab his calamum sistere nequiuerim. ¶ Attende tamen q̃ excusabiliores sũt qui stãt corã principe& sibi assistũt:quia a cõspectu ei⁹ humili veste induti repellũtur.l.si qua. C. de spectacu. lib.xj. Itẽ culpabiliores sũt qui hinc excessui causam dederũt. Hodierni aũt excusabiliores sũt per glo.singula.in.c.si quis vitor̃.xxx.dist. p quã glo.dicebat Benedict⁹ capra.in.c.pe. de vita & honesta.cleri.extra.q̃ põt consuetudine induci vt iter laicos & clericos nõ sit in habitu dr̃ia. Item etiam considera quod competentia vel incõpetentia rerum considerande est ex qualitatibus personarum:puta an sit nobilis scientificus:an sit in dignitate cõstitutus scdm glo. in.c.cum adeo de rescript. extra. &.c. postulasti eo.titu.c.conquerente de preben.extra. Et quod scdm diuersitates personarũ distinguẽde sunt vestes. dicit Lucas de penna. in.l. fortissimis.C.de milita.vest.cano.libro.xij. per.c. quod deo.xxxiij.q.ij.&.c.fi.xlj.dist. &.l.sed si accepto.ff.de iure fisci. Hinc habemus vestem que scenica dicitur vel citharedica vestis.ff.de verbo.sig.vestem meretriciã & matronalem. vt.l.item apd.§.si quis virgines. Item vestem pretextam: de qua in.l.iij §. penult.ff. de libe. exhiben.& glo. insti.de iniu.§.j. De alijs diuersis vestibus vide Lucã de penna.in titu.nulli licere in frenis.l.vna in fi.vbi etiam colligit q̃ vestis & victualia equipollent:de hoc supra in tertia prerogatiua: hinc dicit singularis textus in.l.humilioribus.C. de suscepto. & Archa.libro decimo.q̃ susceptio vestium pertinet ad officium presidis:subiungit textus. Nanq; interest huiusmodi explorare rationem & quererequalitatem eorum quorum ad constituẽdum commodior cura est.

Deveste multiplici

¶ Circa octauã prerogatiuam dic q̃ non proprie est prerogatiua:quia omnino videtur esse prerogatiua minoris etate:qui etem̃ habet potestatem eligendi dicitur habere priuilegiũ & prerogatiuam: vt est tex. in.l.j.C. de his qui se defe.libro.x.per quem tex.ibi:ita colligit Bal. & Lucas de penna adducens tex.in.l.j.§.sed si euenerit.ff.si quid in fraud.cum pluribus alijs iuribus. Et de hoc vide bonam glo. in.c.j. de parochijs in verbo.minor. Tamẽ quia questio est pulcherrima: ideo quid sit in ea dicendum non incongrue mihi differendũ videtur. Sciẽdum q̃ prouerbium istud originem habet ex eo quod dicitur Genesis.xiij.c.vbi dixit Abraham Loth nepoti suo:ne queso sit iurgiũ iter te & me:& inter pastores tuos & meos. Fratres eẽ sumus:ecce vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro:si ad sinistram ieris ego ad dexteram pergam. Et sic tradidit electionem Loth nepoti suo. Ita Barba.dicit i rub. de reb⁹ eccle.non alien.extra.col.xlix.& lucas de penna in dicta.l.j.C.de his que se deferunt lib.x. col.iij.in princi.adducens ad hoc Augustinum de ciuitate dei.c.xx.in fi.de quo meminit etiã in genere Bal.in.l.si maior.C.cõmuni diuidũ. vbi per illum tex. notat equalitatẽ in diuisione seruandam inter fratres licet sint sexu vel etate dispares. Et subiungit licet sit consuetudo vt refert Aug.de ciuitate. q̃ maior faciat portiones & minor optet:tamen de iure nulla debet esse inter eos prelatio diuidẽdi vel optãdi:sed in omnibus debet equalitas seruari per illum tex. Et sic debet optio breuium vel sortis felicitate contingere non prerogatiua persone per tex.in.l.ij.C. qm̃ & quibus quarta pars debetur lib.x. Ita concludit Bal.& vide eũdem Bal.in dic.l.j.vbi idẽ tenet per illũ tex. volẽtem q̃ hr̃e electionẽ est ius singulare:ergo in ꝓtrariũ ẽ ius:qa sorte debet fieri diuisio: bn̄ tn̄ dicit si honestati alteri⁹ non congruit sic diuidere: qa sit clericus vel si non expedit: quia infans iudicis authoritate fieri debebit.l.inter castellianũ. ff.de arbi.&.l.si corruptio §. ad officium.ff. finiũ regundo. Angel.in.l.sancimus.C.de dona. §. ne autem id tenet dicens ita de consuetudine seruari.Ludo.de Ro.consi.cccclxx.ad finẽ. mouet hanc questionem & tractat de diuersitate iurium circa diuisionem. Tamen tandẽ concludit q̃ veritas est q̃ nullus electionẽ aut optionem habet sibi deputatam a iure sed capiendo portiones concordare debẽt iudice iubente.ff.de le.ij.l.huiusmodi.§.fi.& insti.de officio iudi.§.si familie & sequenti cũ alijs allega. per eum:aut debet committere sortis iudicio electionem per.l.sed cum ambo.ff. de iudi. et subiungit multum notabiliter q̃ si ex ipsis fratribus sortis iudicio diuidẽtibus ex ipsius sortis infelicitate intollerabilis contingat deceptio debet tũc ipsa diuisio in meli⁹ reformari scdm Bal.in.l.maioribus.C. communia vtriusq; iudi.& hoc nisi ipsa diuisio facta foret per iudicem & trãsiuisset in rem iudicatam: debuit eũ

Pro octaua prerogatiua.

Intẽptatio pueribij vulgaris.

restitui qui ledebatur si sibi sententia displicebat. C. si sepius in inte. restitu. peta. dicit tamen Ludouicus de Roma. in fine. q̄ stante cōsuetudine scdm dictum prouerbium seruanda esset. ¶Canoniste cōmuniter tenent in c. primo de paroch. extra. q̄ maior debet diuidere & minor eligere per illum tex. vt videre poteris per Anto. de but. ī vltimo nota. & Petrum de Ancha. in tertio notabi. sed dicūt predicti doc. post Hostien. ibidē q̄ quoad casum illius. c. senectus & iuuentus non consideratur ex etate sed ex administratione: vt ille antiquior censeatur qui diu administrauit etiam si tempore forte iunior: & ideo assignaē quia ille qui plus rexit presumitur pleniorem habere notitiam rerum q̄ qui in minori tempore. Ex quo formaliter inferunt q̄ diuisionem hereditatis facere debet: non maior natu sed qui diutius tractauit & administrauit res hereditarias: sicut iter socios studij q diuti⁹ fuit in studio. Ad hec vide Feli. in rub. de maio & obe. col. fi. vbi formaliter dicit q̄ in diuisione patrimonij ille dicitur frater maior qui diutius administrauit non qui primo natus est. Sed Io. de anna. in c. q̄liter. ij. col. secūda tenet simpl'r q̄ maior debet diuidere & minor eligere: & adducit duas rationes propter quas in casu occurrenti post visa omnia cōsilia doc. sue ciuitatis ita decreuerat consulere. Prima per. c. j. de paro. iuncto c. j. de no. ope. nunci. Secūdo per rationē glo. singu. in. c. de libellis. xx. distin. que vult q̄ dictum alicuius sancti fulcitum auctoritate antiqui vel noui testamenti preferendum est constitutioni iuris canonici seu pape: sed q̄ debeat maior diuidere & minor eligere est dictū beati Augustini. quod est fundatum in veteri testamento, vt supra diximus ergo & cetera.

In diuisione hereditatis quis frater maior.

Nota pro dicto sancti.

¶And. Bar. in dic. rub. de rebus eccle. nō alie. col. xlix. pro resolutione huius materie distinguit hoc modo. Aut est consuetudo in loco talis: & tunc seruāda est. l. de quibus. ff. de. ll. aut non est consuetudo: & tūc si maior ex concordia & voluntate minoris diuidat: tunc equum est q̄ minor eligat: per dictum. l. j. C. de his qui se deffe. & dic. c. j. de paro. dicēs ita vidisse seruari in facto. Aut tertius diuidit & tūc aut partes sunt concordes quis primo eligat: & tunc seruetur pactum. c. j. de pac. extra. aut sunt discordes: & tunc expedietur officio iudicis qui assignabit partem suam vnicuiq; vel breuium vel sortis felicitate per dic. l. ij. C quādo & quibus quarta pars debetur. Reperio tamen eundem Barba. in addi. ad Bal. in dic. l. si maior. C. communi diuidundo. in verbo diuisio, vbi limitare videtur dicta sua & tex. illi⁹. c. inter fratres: secus dicit ipse inter patruum & nepotem dicens se ita cōsuluisse: q̄ē tñ cōsiliū non vidi.

¶Pro resolutione huius questionis videmus scripta doctorum super hoc passu. Credo q̄ sit mera veritas qd subijciā saluo tñ meliori iudicio sic distiguēdo. Aut ē ꝓsuetudo q̄ maior etate diuidat & mior eligat tūc seruāda: vt voluit And. Barba. supra Ludo. Roñ. in dic. cōsi. Lucas de penna. in dic. l. ij. C. de his qui se defe. col. iij. dicens hoc esse iudicialiter obseruandum. Aut non est consuetudo: & tunc aut agitur de bonis patrimonialib⁹ aut de bonis ecclesiasticis. Si de patrimonialibus dic vel iudicio sortis vel officio iudicis hereditatē diuidēdā: vt dicit Bal. ī dic. l. j. C. de his qui se defe. Et hoc nedum inter laicos sed etiam inter laicos & clericos: & ita seruabitur dispositio iuris ciuilis. de qua in. l. si maior. C. cōmuni diuidun. quia Roñ. ponti. in patrimonialibus alicui⁹ nullam habet dispositionem scdm Innocen. in. c. inquisitioni de senten. excō. extra. Et ita cessabit obiectio de dicto. c. j. de paro. quod allegabat Io. de ana. vbi supra. & hoc in terris sibi tēporaliter non subiectis: in alijs enim sibi tēporaliter subiectis habet illam potestatem quam habet imperator in terris suis no. doc. in c. per venerabilem qui filij sint leg. per. c. licet de foro. cōpet. &. c. si duobus de appel. extra. Aut queritur de bonis ecclesiasticis: & tunc habebit locum dispositio dic. c. j. de paro. Romanus enim pontifex vicarius est Christi & non plus debet sibi arrogare potestatis q̄ ipe Christus qui renuit de diuisione hereditatis temporalis discernere. vt habetur Luce. xij. Ibi ait autem ei quidam de turba: magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatē. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos &c. Et pro hac differentia adduco singulare dictū Anto. de bu. in. c. constitutus extra. de religio. domi. vbi dicit q̄ plenitudo potestatis pape in clericos respectu ecclesiarum non procedit respectu bonorum patrimonialiū: de quibus papa non potest ad libitū disponere. & ibidē dicit Panor. in tertia col. q̄ non recordatur se alibi legisse illd dictum quod venit ad ampliationem dictorū. Innocen. in dicto. c. inquisitioni de senten. excom. extra. de hoc dicto meminit Feli. ī. c. que in ecclesiarum de constitu. extra. col. x. adducens tex. & Panor. in. c. cum dilectus de iure patro. extra. vbi dicit Panor. in tertio notabi. q̄ in patrimonialibus clericus censetur laicus. Et ita ergo in patrimonialibus seruanda sunt

Resolutio q̄stionis.

In patrimonialib⁹ nulla ē pape auctoritas.

iura ciuilia maxime ex quo in ipsis non est cõtraria dispositio canonica.c.fina.de prescri. Et pro hoc adduco glo.formalem in.c. cum dilectus in ver.etate i fi. de elec.extra. Nec obstat glo.in dic.c.de libellis allega.per Io.de ana.supra:pro qua facit bonus tex.in.c. ne innitaris de constitutio.& ibi nota. Feli.col.j. dicens q̃ debẽt seruari dicta sanctoꝝ vsq; ad vnũ iota p glo.i.c.noli meis.ix.dist.& plura adducit ad cõfirma.que videas per eũ.Et vltra adducta ade magistrale dictum Archi. in.c.de quibus. & Prepo.post eum.xxj.distinc. vbi dicit q̃ in

Ordo i solutione q̃stionis.

solutione questionis est seruandus iste ordo. Primo recurrendum est ad scripta veteris & noui testamenti.Secundo ad canones apostolorum vel cõciliorum.Tertio ad decreta & decretales Romanorum pon. Quarto ad scripta grecoꝝ antiquit⁹ recurrebatur:qđ tñ hodie nõ licet dicit Prepo.quia corrumpunt libros suos propter inuidiam Christianorum:& sunt Acephali per.c.vt veterum.ix.dist. vltimo ad exempla sanctorum. Et si veritas non inuenitur cõgregãdi sunt sapiẽtes & quid tunc agẽdum sit:domin⁹ reuelabit. ¶Sed licet ista obiectio videatur habere colorem dic q̃ non militat: quia dictum sancti nõ est allegabile in decisionibus causarum si habet decisionem textualẽ in contrarium. Et pro hoc adduco duas glo. vna est in summa.xx.distin.in ver.decretales. altera in.c.fi.xxxvj.q.ij.& ad hoc vide ample Feli. in dic.c. ne innitaris. Et licet loquatur in decisionibus põtificum:idem tamen credo in decisionibus iureconsultorum vel imperatoꝝ signãter in patrimonialibus istis: quia eadẽ ratio militat.ipsi etẽ sancti non habuerunt potestatem iuris condendi aut legis cõdẽde sicut

Iura ciuilia ligãtin foro cõscientie.

iurisconsulti aut imperatores: & hoc est verũ etiam in foro conscientie iuxta illud prouerb. viij.Per me reges regnant & legum cõditores iusta decernunt. de quo Panor.c.j. col. iiij. de const.extra. Et ideo dicit tex.in.l.j.sed neq;.C. de vete.iure enucle. q̃ leges sunt per ora principum diuinitus promulgate.hinc dicit tex.in l.fi.C.de prescrip.longi.temporis maiores nostri subtilissimo animo & diuino quodam motu ad actiones & eorum iura peruenerunt. Et ita ergo mihi resoluẽda videtur hec quod no. quia credo nunq̃ hactenus questionem hanc ita ad viuũ examinatam.

Pro nona p̃rogatia.

¶Circa nonã prerogatiuam dic q̃ hodie non seruatur nec de iure nec de consuetudine.de iure quidem vnusquisq; ad sacerdotij ordinẽ assumit̃:nullo ordinis geniture facto discrimine dũ modo etas non resistat.ad hoc vide Panor.in.c.j.de deci.extra.in tertio nota. iunctis his q̃ habent̃ in tit.de eta.& q̃lita.extra.i.vj.& clemẽ.de p̃sue. ¶Sed ꝓhdolor adhuc deteri⁹ quia prepostero ordine argu.c. omnis Christianus in fi.de consecra.distin.j. Primogenit⁹ humanis & temporalibus bonis adeoulq; turgescit, vt quam olim domini sortẽ vehementer amplectebãtur, hodie despectui ludibrioq; habere videantur. Sicq; ad id ingratitudinis deuẽtum est:vt in familia selectis corpore debita membrorum compage formaq; decoris reliqui quos vel gibbositas vel claudicatio aut aliud deformitatis argumentum dehonestat,deo & plerumq; preter eorum arbitrium deuouẽtur. Et vbi primogeniti qui in sortem domini electi nullam portionem in paterna hereditate siue inter tribus cõsequi deberent: vt vult tex. aureus & notabilis in.c.cui portio &.c. clerici⁹.& ibi glo.& post glo.Prepo.xij.q. .j.hodie quasi vt sit eis mai⁹ a diuina sorte diuerticulum amplius ceteris fratrib⁹ patrimonio illustrantur. Vereor ne tandem propheticum illud in varijs calamitatum discrimini-

Inuehit in hodierna tẽpora.

bus id nos ẽdoceat.de quo in.c.reuertimini ad prici.xvj.q.j.ibi. Quia nõ reddidistis decimas & primitias,idcirco in penuria & fame maledicti estis & vos me supplantastis siue defraudastis. Timendum est etiam ne belli pestis interimat quos delinquentes ad rectitudinis viã dei precepta non reuocant.c.si quis.xxij.q.iiij. in fine.

¶Circa decimam prerogatiuam de imposi-

Pro decima prerogatiua.

tione manus super filios in benedicẽdo q̃ scilicet forsan i priogenitũ sit dirigẽda dextra dic q̃ & hodiernis temporibus seruanda esset: licet non in benedictionibus tamen in occursu: vt solet in signum iucundi aduentus porrigi manus dextra. Dextra etenim manus honorabilior est sinistra.hinc dicit Lucas de Penna. i.l.j.C.de aque ductu libro.xj.col.j.C.de aque

Vnde dr̃ dextra.

ductu.lib.xj.col.j.in ver.dextra.q̃ dextra manus dicitur quasi dando vel quasi dans extra: ipsa pignus pacis datur & ipsa fidei testis & salutis adhibetur scdm Papiensem. Iuramentũ etenim manu dextra prestandum est: iuxta illud quod habetur Esaie. lxij.c. Iurauit dominus in dextra sua. Et Malachie.ij.secundi libri ibi. Porrectis dextris & iureiurãdo. Hinc manus sinistra leua appellatur:vt est textus in dicta.l.j.Ibi. Dextra leuaq;: quia aptior sit ad leuandum aliquid. Ipsa enim gerit clypeum &

Vnde dr̃ leua.

ensem vt dextra sit magis expedita. Ad hec vide Archidia.licet ipse non alleget in.c. fundamenta in ver.dexteras de elec,vbi dicit for-

maliter q̄ per dexteram pignus pacis & testis fidei solet dari. Et q̄ illa manu solent porrigi dona. Et ad hec est bonus tex. primi Machabeo. x. vbi pluries de dextera fit mētio: signāter ibi. Dexteras dederunt mihi & Barnabe sotietatis. Et glo. ibi ordinaria dicit: q̄ coniungere dextras solet esse signum concordie: qua se inuicem cōferebant antiqui. Et miror q̄ Lucas de Penna. qui fuit cumulator vberrimus hec tacuerit.

Pro vndecima p̄rogatiua.

¶ Circa vndecimam prerogatiuam de suscitatione seminis fratris dic q̄ ex tex. supra allegato videtur probari hanc esse prerogatiuam primogeniti: tamen id non erat specialiter in primogenito concessum. Sed vnusquisq; frater indistincte ad id obsequium fratri tenebatur: per id quod habetur Deuteronomij. xxv. c. Ibi. Quando habitauerunt fratres simul & vnus ex eis (non dicitur primogenitus absq; liberis mortuus fuerit vxor defuncti non nubet alteri. Sed accipiet eam frater eius & suscitabit semen fratris sui. Et primogenitum ex ea filium nomine eius appellabit vt nō deleatur nomen ei⁹ ex Israel. Si autem noluerit accipere vxorem fratris sui que ei lege debetur perget mulier ad portam ciuitatis & interpellet maiores natu, dicetq; non vult frater viri mei suscitare semē fratris sui in Israel, nec me in coniugium sumere statimq; accersiri eum faciant & interrogabunt. Si responderit nolo eam accipere accedet ad eum mulier coram senioribus & tollet calceamentum de pede ei⁹ & spuet in faciem eius & dicet: sic fiet homini qui non edificat domum fratris sui & vocabitur nomen eius in Israel domus discalceati. Et pro hoc vide quattuor textus. vnum i. c. fi. de diuor. extra. secundum in. c. olim octaua. q. j. tertium in. c. nuptiarum. xxvij. q. j. & nouissime quartum in. cap̄. j. xxxv. q. j. Ista erat mirabilis dispositio q̄ frater cognoscēs relictam defuncti generabat filios qui defuncto attribuebantur. Et ita regula illa qui per alium facit extendebatur etiam ad hanc materiam: de quo tamen vide indiuiduo glo. contrariā in. c. sciant cūcti de electi. in. vj. in ver. alios vbi formaliter dicit q̄ illa regula qui per alium nō habet locum in cognitione carnali qui est actus qui per alium explicari non potest. Hodiernis autem temporibus certum est q̄ id non seruaret̄ per tex. in. c. fi. de diuor. extra. vbi determinatur q̄ non licet relictam fratris in vxorē accipere. hinc dicit Abbas Panor. in primo nota. q̄ scām legem mosaicā licebat ducere vxorem fratris defuncti: duobus tamen interuenientibus. Primo q̄ frater decessisset sine prole. Secundo vt duceret eam causa suscitandi semen defuncti. Nam soboles inde suscepta attribuebat̄ fratri defuncti. Vnde iste superstes erat pater carnalis: defunctus vero erat legalis: quia ei filij attribuebātur. Et illud olim fuit institutum in figura que hodie cessat cum veritas illuxerit. sunt verba Panor. Et pro hoc se remittit ad tex. i. c. olī. viij. q. j. Hic dicit tex. notabiles in. c. nuptiarum. xxvij. q. j. in princi. quod nuptiarum bonum semper quidem bonum est quod bonum semper in populo dei fuit. Sed aliquando fuit legis obsequium nunc est infirmitatis remedium: in quibusdā vero humanitatis solatium. Et glo. exponit legis obsequiū: quia lex volebat antiqua q̄ frater superstes debebat ducere vxorem relictam fratris defuncti vt suscitaret semen fratris defuncti. Nam maledictus erat qui non reliquerat semen super terram. xxxij. q. iiij. §. his itaq; & q. ij. c. pudor.

Extensio regule q̄ p aliū &c.

Pro duodecima p̄rogatiua.

¶ Circa duodecimam prerogatiuam qua dicebatur q̄ iter fratres primogenito prim⁹ sermo debetur: pro hoc vltra supra allega. vide Prepo. in §. episcopos. xvij. dist. col. ij. vbi dicit q̄ qui dignior est primovotum dare debet. Cū primogenitus sit dignior, ergo &c. & pro hoc adducit Bald. in. c. j. de contro. feud. apud pares terminā̄da. Adde Ludo. de Roma. in suis singularib⁹ singula. lxxxj. vbi dicit q̄ licet de iure in consilijs dandis senior primo loqui debeat per tex. in dic. c. j. de contro. feu. apud pares termi. Et Bal. ibidem col. j. in ver. prius vbi expresse ex illo tex. colligit q̄ ille debet prius votum suū deponere qui dignior est: per illud quod in ecclesiastico legitur. Loquere maior natu decet enim te. Tamen est iste vsus apud dominos de Rota: q̄ etate minores in cōsilijs dandis primo loquuntur. Et ita hic obseruamus & in deliberationibus aut consultationibus vt vulgo aiunt pro clientulis. Et ideo dicit nota. Specula. in tit. de aduoca. §. iiij. incipiēte. Iam nunc videndum est ad finem q̄ iuniores aduocati primo proponere debent & maiores vltimo vt eorum speciosas ac efficaces allegationes melius iudex memorie cōmendet. Nam que vltimo audiuntur melius memorie cōmendātur. de consecra. dist. ij. c. liquido. Nec obstat q̄ antiquiorem decet primum locū per illud qđ habetur Ecclesiastes. xxxij. c. Ibi. Loquere maior natu decet enim te. Pro quo adducit tex. in. l. fi. C. de tyro. lib. xij. & in. l. ij. C. de Primicerio. & l. ij. C. de p̄fec. preto. eo. lib. vbi elegāter dicit tex. Sit igr̄ sedes prior

Etate minores i cōsilijs dandis primo loquūtur.

ante prouectis locus cõspectior decernendi loquẽdiq; facultas ãtiquior cui est splẽdor adepti magistratus vetustior cũ aliis allegationib⁹ per eũ. Quia ad hoc respõdet notabiliter q̃ qñ antiquior vltimo loco loquitur maior est sibi honor: tunc em̃ dicit ipse. Primũ id est potiorem locum habent antiqui: & prudentiores cũ vltimi subsequuntur vt fortiores & discretiores: sicut patet in castroꝝ acie ordinata: vbi maiores & fortiores ad custodiã exercitus subsequũtur id etiã patet in ordie ecclesiastice ꝓcessionis vt supra deduximus. ¶ Demũ aduerte q̃ hec p̃rogatiua singulariter limitari potest per tex. solitarium in iure. in. l. in albo. C. de decu. lib. x. vbi ad literam dicit tex. in albo decurionũ prescriptis patrem nõ habenti filios anteferri constitit. Et ita ibi optime ꝓbatur q̃ qui habet filios nõ habẽti prefertur: & ibi glo. in ver. anteferri dicit: vt scilicet in ordine antescribatur: & eius vox in sentẽtijs & cõsilijs sit prima. Ratio est. Fauor ille publicus vt repleatur ciuitas liberis hominibus. l. j. ff. solu. matri. & de hoc vide elegãter eruditissimũ iurium interpretem dominũ Pyrrhũ Anglebermeũ in dicta. l. in albo. per quem tex. in fi. refert se audiuisse doctos viros legentes illum locum ex eo elicere doctorem habentem liberos preferendum non habenti. & de fauore liberorum habemus in pluribus locis iuris signanter in. l. fina. C. de his qui numero libero. vbi habetur q̃ numerus quinq; liberorum excusat a munerib⁹ personalibus: & crescente maiore nnmero liberorum vsq; ad duodecim augetur immunitas: quia tunc excusatur quis a muneribus realib⁹ .l. si quis decurio. C. de decurio. lib. x. vbi pulcherrime dicit tex. si qs decurio pater sit duodecim liberorum honoratissime munerũ quiete donetur. i reliquis discurre tu ipe. Cogita tamen si dici põt pro sustentatione huius prerogatiue q̃ referẽda sunt singula singulis. Et ita ex quo illa inscriptio in albo videtur esse actus publicus ille sit preferendus qui habet liberos tanq̃ magis bene meritus & tanq̃ vtilior ciuitati: secus in actib⁹ priuatis vt in familia: quia debemus simpliciter sequi ordinem nature: ex quo nõ de publicis sed de priuatis reb⁹ agitaꝝ. Facit quod in simili dicit Panor. in. c. auditis. iij col. de elec. q̃ rector scholarium precedit episcopum scholarem in studio: secus in alio loco. Feli. in Rub. de maio. & obe. col. ij. in fi. Idẽ Feli. in Rub. de appella. colũ. vj. Pro hoc vide notabilẽ decisionẽ Hostiẽ. in. c. indecoꝝ. de eta. & qualita. col. j. vbi dicit de filio epõ q̃ alius est in domo alius in ecclesia: nã in domo tenet filius etiã epus ad honorẽ reuerẽtialẽ patri: in ecclesia autẽ tenet pater ad reuerẽtiã exhibẽdã filio: & sic debẽt suo respectu oia proportionari: ex quo quis haberi põt ex diuersis qualitatibus in diuersa cõsideratiõe. facit tex. i. c. cũ olim de re iudi. extra. & .c. a collatione de appella. in. vj.

¶ Circa decimãtertiam prerogatiuam dic breuiter q̃ legalissima est: & ideo hodie in facti cõtingentia seruatur: vt audiui a viris eruditissimis quos aliqñ expressim ad hoc interrogaui. Sed aduerte q̃ ista p̃rogatiua recipit limitationẽ per tex. in. l. si q̃ sunt cautiones. ff. fami. herciscũde. vbi dicit tex. si que sunt cautiões hereditarie eas iudex curare debet vt apud eũ maneãt q maiore ex pte heres sit: ceteꝝ descriptũ & recognitũ faciat cautiõe interposita: vt cũ res exegerit ipe exhibeãt. Si ãt oẽs hisdẽ ex ptib⁹ heredes sunt nec inter eos cõueniat apud quẽ poti⁹ esse debeãt, sortiri oportet eos: aut ex cõsensu vel ex suffragio eligẽdus est amic⁹ apud quẽ deponatur vel in edẽ sacrã deponi debẽt. Ecce ille est tex. ad l̃ram q in effectu vult q̃ qui maiori ex pte heres est is debeat hr̃e instrumẽtoꝝ cõium cõseruationẽ: & ita nõ cõsiderat ille tex. maioritatẽ etatis: sed poti⁹ substãtie hereditarie. Et ideo tex. i dic. l. fi. ff. de fide instrumẽ. ꝓcederet ad declarationẽ secũde ptis p̃di. l. si q̃ sunt cautiões: ibi si aũt oẽs hisdẽ ptib⁹ heredes sint prout etiã sentit glo. in eadẽ. l. in ver. cõsensu: q̃ vult q̃ illa secũda pars. l. si q̃ sunt cautiões declarãda sit per dic. l. fi. ad qđ facit tex. in. l. nõ est nouũ cũ. l. seq. ff. de. ll. & senatusc̃. vbi dicit tex. q̃ nõ est nouũ vt priores leges ad posteriores trahãtur. Et certe ille est ver⁹ intellectus in dic. l. fi. ff. de fide instru. Nã loquit ille tex. qñ dubitaꝝ apd quẽ sint deponẽda instrumẽta. Et sic in casu dic. l. si que sunt cautiões in. ij. pte & nõ in. j. Quia tũc nõ esset dubiũ ex quo est ab vna parte maioritas portionis hereditarie vt p̃dixim⁹. Qualiter aũt ꝓtra priogenitũ vel aliũ apud quẽ sunt deposita instrumẽta cõia agẽdũ sit vide p Specu. tit. de instru. editiõe. §. videndũ restat q̃liter istrumẽta exhibeanꝝ col. iiij. & amplí⁹ in col. vj. & vij. vbi multa notãda reperies.

¶ Circa decimãquartã p̃rogatiuã q̃ scilicet habeat frater priogenitus ptãtẽ aliquã in reliquos fratres in domo facit elegãs dictum Patricij in opere suo de institutione reipublice titu. ij. in pri. Rei (inquit) familiaris & publice ratio i pluribus cõuenit. Nã sicut ciuilẽ societatẽ paucos q̃ imperent, multos autem qui obsequẽtur habere oportet: sic rem domesticam vnũ qui presit & eum quidem etate maiorem: reliquos autem omnes qui pareant habere debet. Credo

Bona cõparatio.

Habens filios nõ habẽti p̃fertur.

Crescente numero liberoꝝ crescit & p̃rogatiua p̃sone.

Pro. xiij. p̃rogatiua

q̄ non seruaretur signanter in istis partib⁹ vbi nec etiam patres dicuntur habere filios suos in potestate: vt singula. dicit glo. insti. de pa. potest. Alex. in. l. placet. ff. de acqui. hered. Idem Alex. in apostillis ad Barto. i. l. qui in potestate. ff. de testamen. do. Iason in. l. frater a fratre. ff. de conditio. indebiti. colū. xj. & in. l. fi. C. qui testamen. facere possunt. Audiui tamen quātū ad patrē secus fuisse iudicatū in parlamento.

Pro. xv. p̄rogatiua

¶ Circa decimamquintam prerogatiuam aduerte q̄ Bald. & Barba. post eū. in. c. cū oēs de constitu. extra. col. x. contrarium videtur velle dicunt eīm per illum tex. q̄ tantum valet vox iuuenis quātum vox senis: etiā inter cardinales. Sed respondeq̄ dictum Bal. procedit inter eos qui paria iura habent. Et ita Bal. loquitur. Secus inter eos qui habent iura disparia vt in proposito: quia senioribus magis credendum est. Pro quo est glo. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. & ibi nota. do. Iason col. iij. versi. dic q̄ procederet: scdm ea que ibi dixim⁹. Adque adde notata per Specula. titu. de aduocato. §. iā nunc videndum. colū. se. vbi dicit q̄ vbi scientia minoris etate in euidēti maior est: ita q̄ nulla possit de hoc hesitatio suboriri eēt pot⁹ deferēdū minori q̄ maiori etate. Pro quo plura iura adducit: de quibus recurre ad eum. Hinc dicebat beat⁹ Augustinus se paratū ab ānículo edoceri. Plus etēm sap'ētie maturitas q̄ corporis canicies consideranda est. pro quo facit tex. in. c. quisquis & in. c. sequē. lxxxiij. disti. & in. c. vi lissimus ad princ. j. q. j. Ad hec videas Bartholomeū Cepolā in suo trac. de impera. militum eligendo. §. pro imperatore vero gentili. col. x. versi. sed singulariter omnibus etiam respōderi potest: vbi dicit q̄ quando constat de qualitate persone non debet attendi senectus vel iuuentus per. l. fi. ff. de fid. instrumen. cū aliis allega. per eū. Et subiungit post Albericum in. l. ij. C. de offi. magistri officiorum q̄ sola antiquitas non est causa prelationis: sed in dubio bene presumitur pro antiquioribus q̄ sint magis idonei. Tamen si contrarium apparet iuniorē magis idoneum non prohibetur antiquiori p̄ferri minorē: scdm glo. in. c. vltimo. xviij. disti. & c. si officio. lix. disti. adde dominū Iasonem in dic. l. cum quid. colum. iij. vbi dicit q̄ quando doctores iuniores sunt excellentiores & digniores preferendi sunt senioribus per glo. in §. ordinationem: & ibi Angel. in verb. tempus in auctē. de mona. Immo adducit glo. fortius dicentem in. l j. C. de anno. ciui. lib. xj. q̄ scholaris si sit excellentioris doctrine debet precedere doctorem: & doctor qui actu legit debet precedere doctorem etiam seniorem qui non legit per tex. in. l. ij. Et ibi And. de Barrulo & Io. de Platea. C. vt dignita. ordo. serue. lib. xij. cū aliis allega. per eum. Ita in ꝓposito iunior qui haberet rerum peritiam preferendus esset seniori rudi & ignoranti. Ad hoc vide glo. nota. in. c. Isidorus. xvj. distin. que vult q̄ nō attendatur prioritas temporis sed maioritas auctoritatis: & ita voluit glo. in. c. Sexta. &. Archid. in. c. q̄n. eadem disti. hinc dicit Dominicus in. c. episcopus. j. col. xvij. distinc. q̄ si vnus canonicus est maior altero nobilitate vite vel scientia precedit alium prius receptum. Et iunior excellens virtute & probitate prefertur antiquiori. Feli. in Rub. de maio. & obediē. col. ij. vbi ad hec cumulat aliqua que videas per eum. Ad hoc autem vt iunior dicatur seniorē virtute superare requiritur probatio per. xv. testes scdm Ludo. de Roma. in repeti. l. si vera §. de viro. ff. solu. matri. xliij. fallentia per tex. quem dicit singula. in. l. vnicuiq;. C. de ꝓxi. sacro scrinio. lib. xij.

Plus sapiē tie maturitas q̄ corporis canicies ꝓsideranda est.

¶ Circa decimamsextam prerogatiuā: dic q̄ de consuetudine regni Francie in pluribus locis seruatur hec p̄rogatiua: vt ꝓsuetudine Aurelianēsi arti. xxv. cōsuetudine Turoneñ. arti. viij. in titu. de succession. feud. & in absentia primogeniti subsequēs minor natu arti. ix. īmo si primogenit⁹ sua negligentia nō faciat fidelitatē tenetur ad interesse minorum quod inde pati possent arti. xv. & in titu. de succes. ignobiliū. art. ij. ifi. Idē ꝓsuetudie Cenomanēsi art. ccxlix cū aliquali tñ differētia inter filias priogenitas & filios priogenitos. Idē Andegauēsi ꝓsuetudine. arti. ccxxx. &. ccxxxiij. &. cclxi. Idē Pictauēsi art. xcvj. &. cvj. vbi priogenit⁹ Chemier appellat. Idē ꝓsuetudie Aluernie ī tit. de feu. arti. xxviij. cū duob⁹ sequē. Idē Carnotēsi arti. cxv. Beluacēsi in tit. de fud. arti. ij. Immo iter filias priogenita facit fidē ꝓ reliquis filiab⁹ sicut cōsuetudie Turonēsi in titu. de succes. feud. arti. xiiij. Idē cōsuetudie Meldunēsi arti. ccxvj. Idē ꝓsuetudie Treceñ. arti. xiiij. He ꝓsuetudies exp̄sse hāc p̄rogatiuā dāt priogenito si p̄rogatiua dicēda est. Quia certe hoc videt pot⁹ ad onus spectare q̄ ad honorē & prerogatiuā: & sic non multū desiderat istud a priogenitis. honor eīm aspirat & ideo cum aspiratione scribitur. Onus sine aspiratione: quia pauci onera subire vltronee volunt: quinīmo potius detrectant.

Pro. xvj. p̄rogatiua

Primogenito ius facīēde fidelitatis cōpetit.

Honor cū aspiratiōe scribitur: onus nō.

¶ Circa decimamseptimā prerogatiuā dic vt supra relatum est: & ad hoc vide Albericum in. l. isti quidem. §. hec que diximus. ff. de eo quod metus causa. Vide Cepolam in dic. tractatu de ipera. mili. elig. §. j. col. vj. ver. xliij. i cōstātia &c.

Pro. xvij p̄rogatiua

Pro.xviij. progatiua ¶Quantum ad decimamoctauã prerogatiuam dic q̃ est seruanda. Et pro ea vide Cepolam vbi supra col.vj. versi. xlvj. vbi hanc prerogatiuam ponit adducens illud Leuiti.ix.Coram cano capite cõsurge & honora personam senis.& ad hoc adducit tex.in.c.anteriorum.§. illud.ij.q.vj. & in.l. generaliter in glo.ff. de in ius vocando.Et ideo dicit q̃ seniores patres appellare debemus per tex.in.l.ex diui.in ver. patrem. & ibi glo.C.locati.facit bonus tex.c.a subdiacono.xciij.distinc.per quem tex.colligit ibi Prepo.q̃ minores in ordine debent maioribus assurgere & reuerẽtiam exhibere.Et notanter dicitur assurgere:quia est signum honoris & reuerentie scdm Angelum in.l.cum salutatus.C. de sentẽ.passis. vbi dicit q̃ ille cui rex assurgit dicitur ab eo honorari: & refert Carolum quartum imperatorẽhuius nominis Cardinali eum visitanti solitum assurgere.de quo per Feli.in Rub.de maio.& obe.col.iiij.Et pro hoc adduco tex. & glo. in.c. solite. de maio. & obe.in ver.assurgant:vbi dicit q̃ reges & principes debẽt assurgere:& dicit ibi glo.& inclinare se ãte archiepõs & epõs: qd tñ male seruat.

Pro.xix. progatiua ¶Circa decimamnonã prerogatiuam :credo q̃ seruaretur. Et ad hoc vide predictũ Cepolã ibidẽ. versi.xlv.vbi hanc prerogatiuam ponit: adducẽs vltra superius allegata duos tex.vnũ in.c.statuimus in fine cũ glo.fi.extra de maio. & obe. Aliũ in.c.a subdiacono.xciij.distinc.

Pro. xx. progatiua ¶Circa vigesimam dic q̃ non seruatur & male vt supra retulimus:asinus etẽ intumescit cum se videt per comparem reprehendi:vt est glo.singula.in.l.j.ff.de acqui.poss.§. veteres in verbo per vnum.& de hac glo.meminit And. Barba.in.c.Ioannes.colũ.x.de testa. dicẽs eam esse rationẽ:quia nec deus nec natura cõstituit vnũ alteri⁹ p̃ceptorẽ.vide Cepolã vbi supra colũ.iij.ver.xx. vbi vltra supius allegata adducit Bal.in.l.si fili⁹.C.de p̃ria ptã. vbi tñ Baldus de patre erga filium tm̃ loquitur.

Pro.xxj. progatiua ¶Circa vigesimamprimam dic q̃ seruaretur & magis est ipsis credẽdũ scdm Ludo. de Roma.in repeti.l.si vero.§.de viro.ff. solu. matri. col.xlix.& in his admittitur testimoniũ de auditu.vide tex.i.c.licet ex quadã de testi. extra.

Pro. xxij. progatiua ¶Circa vigesimamsecundam adde Barba. in Rub. de rebus eccle. non alien. colum. xlviij. vbi allegat Bald.in.l.prima.ff.de rebus eorum qui sunt sub tutela vel cura: & pro more suo miratur q̃ Florianus de sancto Petro in.l.Lucius.ff.familie herciscunde non fecerit mentionem de Bald.in dicta.l.prima.& l.fina.C.communi diuidundo.vbi dicit q̃ dicta.l.lucius nõ loquitur in diuisione iudiciali sed in voluntaria:nec reperit(dicit)aliqua lex que velit q̃ debeat fieri diuisio per iudicem in sola fructuum perceptione nisi inter vsufructuarios.ff. communi diuidundo.§.inter fructuarios. Et miratur Barba.vbi supra q̃ Bal.nõ allegauerit Lãbertum de Ramponibus disputantem cõtrarium per dictam.l. Lucius. Item q̃ Bald. non viderit Odofredum in dicta.l.Lucius. nec ipse Florianus de sancto Petro:vbi tenet Odofredus q̃ etiam quoad fructus non tenet diuisio prouocata a minore nec quoad vsum fructꝰ. Quia qui negat genus videtur negare quãlibet eius speciem.l.si causam.C.de trãsac. Plura alia cumulat Barba. in proposito de quibus ad eum recurre.Sed certe quicquid dicat credo q̃ sit mera veritas vt in fructib⁹ possit maior prouocari a minore:vt.l. iubemus nulli. C. de sacrosanc. eccle. vbi cõmuniter ita transeũt docto. Rationem assignare possumus hanc: quia fructus sunt res tempore periture.l. procurator.ff. de procurato. Ita q̃ sine solennitate etiam per minorem alienari possunt vt videre potes per Alexandrum cõsilio.xxxvj.in iiij.pte glo.est in.l.j.C.si aduers⁹ vsucapio.&.l. diuortiũ.§.interdũ.& ibi Io.de Imola.ff.soluto matri. Ange.in.l. Põponius.ff.de procurato.

Pro.xxiij. progatiua ¶Circa vigesimamtertiam & vltimam dic q̃ seruatur indubie diuersimode tamen secũdum locorum diuersitatem. Consuetudinis enim non est leuis auctoritas:immo magna.c. cum consuetudines.&.cap.fina. de consue.extra.& originaliter in.l.prima.C.que sit longa consuetudo:& hoc ita q̃ transgressor ꝯsuetudinis puniendus est:vt transgressor legis.c.in his.c.cõsuetudinis.xj.distin. Immo tanta est consuetudinis auctoritas q̃ inualidum de iure communi efficitur validum consilio. cv. & quod consuetudine est introductũ non est arbitrarium sed necessarium.Bald.l.quicunq; in quarta columna.versicu.Scias autem.C. de seruis fugiti.p.l.saccularij.ff. de extraordi. mu. Et maioris videtur esse vis q̃ius commune per id quod determinat Barba.in.l.viros.C.de diuor. officio.vbi dicit q̃ si per statutum derogatur iurisdictioni aliquorum iudicũ simpliciter nõ videtur tñ auferre iurisdictionẽ que consuetudine competit: de hoc vide dominum Iasonem in .l.moribus. secunda columna. ff. de vulga. & pupill. Et de auctoritate consuetudinis vide Baldũ in Rubrica.extra titu.de cõsuetudine.& adde Philippum Franc. in capitulo primo de consue.in.vj.col.v.vbi dicit q̃ subditi nõ possunt allegare ignorantiam cõsuetudinis vigẽtis

Cõsuetũ non arbitrariũ sed necessariũ est.

Inter q̃s ignorãtia cõsuetudinis est improbabilis

in loco habitationis. quia quo ad eos est ius cõmune per .c. cũ venissent. extra de eo qui mitti. in possess. de quo tñ ibi vide per eum.

¶ Vltra prerogatiuas istas põt superaddi vna notabilis & singularis que infertur ex p̃cedentib⁹: q̃ primogenitus prefertur in licitatiõe rei hereditarie: que cõpetit pluribus frattibus q̃ oẽs equaliter offerunt: quia primogenit⁹ maiorẽ portionẽ habet: & sic plus iuris. Ita videtur velle dñs Iason in .§. quedam. col. xij. institu. de actio. post Bal. in .l. sancimus. C. de dona. saltẽ de mente Bal. Tamen dicit dñs Iason q̃ imo ibi est bon⁹ tex. põderãdo ibi verbũ ampliorẽ summam. Et pro hoc dicit benefacere. l. fi. in verbo fortuna. C. cõia de lega. Certe hec prerogatiua est notabilis: sed nescio si seruaretur: de ea tamen vide in indiuiduo quẽdam Ioannem Sainxon consuetudinis Turonensis interpretem in titu. de successio. feudo. artic. iiij. pagina iiij. versi. quid si appreciatores.

¶ Questio Quarta.

¶ De consuetudine Parisiensi circa primogenituram & concordia vel discordia aliarum huius regni Francie.

Quilibet patrie obnoxius.

OVoniã (vt inquit Tullius in primo officiorũ) nõ solum nobis nati sum⁹ ortusq; nostri partẽ patria vendicat. de quo tex. formalis in .l. j. ff. de ventre in possessio. mittend .§. & generaliter ibi. Et si non tm̃ parenti cuius esse dicitur: verum etiam reipublice nascitur: quem tex. ad hoc reputat singularem Bald. in .l. matres. C. ad tertu. Et pro hoc facit .l. veluti. ff. de iusti. & iur. per quam ibi glo. post Catonem moralem dicit pugnandum esse pro patria. Idcirco ego Ioãnes le Cirier inter soli huius Parisieñ. indigenas minimus literaria dimicatione consuetudinis nostre enigmata (si qua sunt) calcatis calũniãtiũ vaframẽtis ꝓrsus extirpare/ ꝓpulsare/ exterminare decreui. In his attamẽ q̃ materie nostre priogeniture scilicet cõgruũt: ne forte varia rer̃ contextura stelliõis varietatẽ mihi ipsi impingere videar.

¶ Articulos igitur seu .§.§. qui ad rem spectant assumentes primus sese offert consuetudinis nostre cõmuni numero octauus: cuius tenorem & reliquorum vulgari traducam in latinũ idiomate: quo tñ ꝓximius potero ad vernaculũ postposito dicendi lepore ne existimer potius ad fastum q̃ ad frugalitatẽ verba facere contra tex. in .§. vlti. xliij. distin. & glo in saluta. sexti in verbo doctoribus.

¶ Articulus octauus consuetudinis Parisiensis & primus in hac re.

¶ Filius[a] primogẽitus[b] accipit pro iure suo [c]primogeniture pricipalem mãsionem[d] cũ horro[e] secundũ clausuram suam[f] possesso feudaliter[g]. Et si nullus sit hortus iugerum terre[h] aut volatũ caponis[i] feudalem contigue ad dict̃am mansionem.

¶ Priusq̃ ceteros articulos lr̃aliter referã hũc expediem⁹: vt sic diuisione res lucidior reddat arg. l. gaius. ff. de leg. ij. Partitio nãq; animũ legẽtis incitat/ mẽtẽ itelligẽtẽ ꝓparat/ mẽoriã artificiose reformat. vt est glo. illa ꝑmialis institu. Nota pro cõmoditate diuisionis.

a ¶ In textu. ibi. In verbo filius: queriẽ quid de filia: hoc deducemus. j. in .§. inter filias.

b ¶ In tex. in verbo primogenit⁹. Innuit ergo q̃ primogenit⁹ sol⁹ gaudeat iure priogeniture. Sec⁹ in balliuiatu Vitriaco vbi si sit pluralitas castrorũ secũdogenit⁹ secundũ castrũ habet cũ ea ꝓgatiua cũ qua priogenit⁹ & tertiogenitus tertiũ vsq; ad postremũ filiorũ si cuilibet filio castrũ assignari põt. Et si castrorũ numer⁹ liberorũ numerũ excedat fit de reliquis eq̃lis inter liberos partitio. Hoc vide dicte ꝓsuetudinis Victriace arti. lvj. Et sic nõnulla cõpetere ibi videt priogenito ꝓgatiua nisi q̃n vnicũ est castrũ: qđ not. qa forsan nõ videbis ꝓsuetudinẽ illi cõformẽ. Nota singulare de cõsuetudine victriaca.

¶ Itẽ põdera q̃ ꝓsuetudo nr̃a dicit primogenit⁹ & in singulari: & ita videtur q̃ si duo eodẽ partu nascunt̃: ita q̃ ignoretur quis eorũ primus egressus, neuter eorũ debeat habere ius primogeniture: ita in indiuiduo casu põderat Io. de Imo. in .l. qui filiabus .§. j. in fi. ff. de lega. Primo de hoc diffusissime diximus in libro precedenti & ideo non insisto.

c ¶ In verbo ꝓ iure suo põdera hãc dictionẽ suo q̃ importat dñium. Et ita ꝓbat̃ q̃ ipsi⁹ iuris priogeniture sit dñs. per .l. nõ solũ .§. meũ. ff. de rei vẽdic. glo. in .§. cũ in suo insti. de rer̃ diuisio. Barto. in .l. cũ res. C. si res alie. pigno. & .l. j. C. de thesaur. lib. x. Cardinalis in clemẽti. fi. de ꝓcurato. Ex quo ergo duo inferẽda sunt. Prio q̃ libere quis cedere aut vendere possit ius suũ primogeniture: quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. manda. cũ similibus. Et ita videtur expresse cautum consuetudine Turoñ. in titu. de successio. arti. xvj. Secundo est inferendum q̃ pater non potest auferre ius primogeniture filio primogenito. Alias etenim suum nõ esset: quia suũ nõ potest Suum importat dominium.

dici quod auferri potest. ff. de regu. iur. l. omnes actiones. §. j. Sed iste due illationes amplissime infra libro tertio explicabūtur: quia altiorem requirunt indaginem.

Mansio varie sumit.

d ¶ In verbo Principalem mansionem. nō accipias mansionē pro prouincia vt sumitur in aucten. vt oēs obe. iudi. prouin. §. si igitur. Nec pro vico vbi est populi congregatio: vt est tex. in. l. ij. C. de condi. in horreis publi. vbi etiā ita exponit Lucas de Penna. adducens tex. in. l. quisquis. C. de episco. & cleri. & l. tribuni. C. de re militari libro. xij. Sed generaliter pro loco habitationis. iuxta illud euangelicum Ioannis xiiij. In domo pris mei multe māsiones sunt. de quo dicto est tex. in. c. nouit deus. &. cap. sequenti de peniten. distinc. iiij. hinc mansilia loca ad recipiendos seruos. Quia ibi pro misericordia confugiebant scdm Lucam de Penna in dic. l. ij. C. de condi. in horreis publi. Adde etiam pro hoc bonum textum in. l. item apud §. questionis. ff. de iniur. vbi dicit iuncta glo.

Mansilia.

Mala māsio carcer.

q mala mansio carcer appellatur: & ideo dicit glo. in Clemen. j. de heretic. in verbo tormentis: q appellatione tormentorum venit mala mansio de qua glo. meminit gemi. c. vbi periculum in. xij. notabili de electio. in. vi. Intellige tamen consuetudinem de māsione sua. habitare enim dicitur quis etiam conductam domū. vt est tex. in. l. j. ad fi. versi. habitare. ff. de his qui deiece. vel effu. Illud em̄ non congueret q in re alterius quis liberalitatem exerceret: immo species esset furti de alieno elargiri & beneficij sibi debitorē acquirere. l. si pignore. ff. de furtis.

Decōcordia vl̄ discordia aliarū consuetudinū

¶ Cum hac consuetudine plurime regni consuetudines concordant. Imprimis Meldeñ. articu. clx. Item Melduneñ. arti. clvj. Treceñ. arti. xiiij. Calui montis arti. viij. Senonensis. cxc. articu. Victriaca. lvj. articu. Carnoteñ. artic. iij. Aurelianeñ. articu. xxv. Turonensis articu. iij. in titu. de succession. feudo. Cenomanensis arti. ccxxxviij. Andegauensis articu. c. xxij. Pictauensis articu. ccxxj. Bourbonensis articu. xij. Preterq̄ in castellania de vochy in qua primogeniti nullam habent prerogatiuam. Idem cōsuetudine Aluernie: sed cum hoc quod teneat primogenitus recompensare reliquos fratres suos pro parte & portiōe que eis cōpetere posset in dicto Manerio articulo. lj. Reliquę consuetudines quas hodie impressas habem⁹ in hoc sunt differentes vt infra patebit ex discursu.

Que sit māsio principalis.

¶ Sed queritur que dicatur principalis mansio. Aduerte q consuetudo Senonensis illud interpretari videtur articulo. cxcij. vbi dicitur Māsio principalis in materia feudali intelligi debet quando est locus aut domus que per dinumerationem antiquam vocatur principalis reputata caput feudi: & quando a dicta māsione census aut alia iura dependent. Sed Ioannes Sainxon in commēto ad consuetudinē Turoneñ. in titulo de successione feudi artic. iij. dicit q si paterfamilias habet plures māsiones debemus intelligere de illa vbi realiter cōmoratur: sed si in vtraq; māsione cōmoratur: nūc in vna nūc in alia exēplificari pōt: puta in hyeme in vno loco: in estate in alio. Q m̄ vt dicit tex. in. l. diuus. §. licet. ff. de vsu & habitatione interdum domini edium prout temporis conditio exigit quibusdam vtuntur, quibusdam non.

Dictū Luculli q cōmoda loci mutatiōe

Vnde cum Lucull⁹ a Pompeio argueretur q villam in Tusculano miro sumptu edificasset: villam inquā ob ventos & frigiditatem estate tantūmodo commodam: non etiam hyeme. Respōdit Lucullus se imitatum aues quasdā: vt hirūdines/grues/ciconias: que pro anni tempore loca de industria mutant. Ita refert Platina in dialogo de vera nobilitate. Redeūdo ad propositum dicebat predict⁹ Sainxon q hoc casu est in electione primogeniti que sit principalis māsio: iuxta notata in. c. cū nullus de tēpor. ord. in. vj. ¶ Pro solutione huius q̄stionis aduertēdum est aliquas cōsuetudines puidisse: vt hac nostra consuetudine §. aut arti. sequēti: vbi ad tollēda dubia reponit designatio principalis māsionis in electione ipsi⁹ primogeniti cui consuetudini plures alie concordant: vt ibi deducemus. Sed circunscripta consuetudine: puta quia nulla sit declaratio mansionis principalis: vt per dictam consuetudinem Turonensem tunc est dubium. Et certe quicquic dicat predict⁹ Sainxon: credo q principalis māsio sit in arbitrio & electione ipsius primogeniti: maxime cum verba diriguntur in personam ipsius primogeniti. Et hoc siue habitet/ siue non habitet: quia quotienscunq; verba diriguntur in personam alicuius: tunc ipsius est electio: secūdum notata per Bartho. in. l. j. ff. de effracto. & Panor. in. c. a crapula. de vita & honesta. clerico. Et notanter dico siue habitet siue non: quia plerunq; contingit nobiles inhabitare loca grata & amena licet frugalitatq; modice. Si ergo adiudicaretur locus habitationis esset contra mentem consuetudinis: que pinguius voluit prouidere primogenito: domus etenim quarum redditus non correspondent precio & pulchritudini steriles existimātur secundum Bald. in. l. fi. §. Sinautem. C. de bonis que lib.

Domus steriles.

e ¶In textu ibi cum horto. dictio cum hic posita copulat & auget sicut in simili notat Bartho. in. l. si cui. ff. de leg. j. Bal. in. l. cum quidem. penulti. colum. C. de verborum significatione.

Cõcordia vel discordia aliarũ ꝙsuetudinum.

¶Meldensis autẽ cõsuetudo dicit cum fossatis bassa curia & accincto. Meldunensis autem simpliciter ita loquitur vt Parisien. Treceñ. vero dicit cum bassa curia muris fossatis aut alia clausura. Senoneñ. dicit cum fossatis in circuitu mansionis. Relique consuetudines concedentes primogenito principalem mansionẽ parũ aut nihil ab his dr̃nt in effectu. Et certe bona est ratio: quia concesso vno videnť & ea concedi sine quibus commode esse nequit. l. auibus. ff. de leg. iij. l. ij. ff. de iurisdictio. oĩm iudi. cum concor. ibi ample allegatis in glo. mansio autem principalis non potest cõmode esse sine his vt certum: ergo &c. Et ideo non sine ministerio etiam extra mãsionem principalem cõcessit primogenito hortum ad subueniendum

Pro commoditate horti.

hortalicijs domus: que vsq; adeo necessaria videntur: vt his quibus cetere possessiones abnegantur he conceduntur: vt fratribus mendicãtibꝰ cle. exiui. §. licet de verbo. signi. Item quia amenior & salubrior domus efficitur propter hortum vicinum. l. prediis. §. qui domum. ff. de

Questio.

lega. iij. ¶Vtrum in districtu parisien. consuetudinis appellatione mansionis vltra hortum veniret bassa curia, vtrum venirent fossata & alia que expressius scribuntur in alijs cõsuetudinibus. Et primo videtur dicendum ꝙ non: quia appellatione domus non venit porticus nec area existens iuxta domum. tex. in. c. j. de cẽsi. extra. per quem tex. ita colligit ibi Panor. in. iij. notabili. Et ad hoc facit bonus tex. in. c. j. de deci. extra. Immo videtur ꝙ nisi de horto esset expressum hortus nõ veniret appellatione domus aut mãsionis. c. fi. xij. q. ij. l. olympico. ff. de seruitu. vrba. pre.

¶Sed in cõtrarium credo de iure. Quia appellatione domus veniunt sue pertinentie. l. prediis. §. qui domũ. ff. de lega. iij. vbi videas Bartho. in diuiduo ita determinantem per illum tex. ꝙ si consuetudine maior natu: aut primogenitus debeat habere domum principalẽ debebit etiam habere appenditia domus: & adducit quẽdam Iaco. Ra. i. l. fi. ff. de seruitu. vrb. pred. De hac questione vide Barba. late in ca. Raynutius de testa. col. vj. vbi refert quẽdam Bartoluciũ de Capua in dic. l. prediis. §. penult. dicentẽ: ꝙ vendita domo videtur hortus venditus. Et ꝙ si duo fratres diuiserũt bona & domos & in medio erat hortus ꝙ ille hortus cedit domui ad quem testator vtebatur: alꝫ cedit illi domui per quam habebatur extrinsecꝰ aditus ad illum hortum: subiungit etiam ꝙ intelliguntur precedentia quando hortus est causa domus paratus vt domus efficiatur amenior: per illum tex. ibi hortum domus causa parauit vt ameniorem domum & salubriorem posset: ad hoc vide Bartholomeũ cepolã in tractatu suo de seruitu. titu. de horto. ¶Pro solutione autẽ eorum que allegantur in cõtrarium dic scdm Barba. vbi supra. & primo ad. c. fina. xij. q. ij. ꝙ ibi de horto fit expressio ad maiorẽ cautelam & ex superabundanti. Vel secũdo potest dici ꝙ ibi hortus non erat vicinus domui vel pedisequus: vt dicit Bal. in quodam consilio incipiẽte: quid si quis legauit. de quo meminit Cepola & Barba. vbi supra. vbi etiam dicit ꝙ leges ille olympico &. l. prediis & relique supra allegate que videntur contradicere mutuo non aduersantur sic concordando. Ad hoc vide Ludo. de Ro. consi. v. Bartho. in. l. quod cõclaue. ff. de dam. infec. dominũ Iasonem in. l. pleriq;. ff. de in ius vocando. col. ij. vbi dicit ꝙ lex illa volens ꝙ domus sit vnicuiq; tutissimũ refugium. Habet etiam locum in horto vicino domui ad quẽ esset aditus ex domo: & idẽ dicit esse in stabulo domus si dit iunctum domui. Secus autem si separatum per. l. hoc iure §. stabula cum glo. ff. in quibus caus. pig. tacite contraha. Et ita ergo ex precedentibus patet decisio huius questionis. Et qđ sic in diuersis consuetudinibus diuersimode dicitur nunc de horto nunc de bassa curia & alijs ponitur tãtũmodo ad maiorem cautelam vt tollatur omnis prorsus dubitatio: &ꝙ hoc non fit preiudicium dispositioni iuris cõmunis per. l. que dubitatiõis. ff. de reg. iur. Et quia de horto hic tactũ fuit adde vnum notabile verbum qđ dicit Cepola vbi supra. ꝙ non potest quis diruere domum vt ibi faciat hortum aut viridarium: per. l. an in totum. C. de edi. priua. &. l. senatus. ff. de cõtrahen. emptio. &. l. cetera. §. j. ff. de lega. j. quod inducit contra multos qui secus faciunt. Certe credo ꝙ dictum suum sit verum in vrbe aut ciuitate ne integris edificijs depositis publicus deformetur aspectus: vt formaliter dicit tex. in. l. ij. C. de edi. priua. Secus autem extra vrbem in pagis aut villis rusticis pro quo vide tex. in dic. l. cetera. §. hoc senatus consultũ. &. l. senatus. §. marcellus. ff. de lega. j. Alia de horto vide per Cepolã vbi supra in tex. ibi cũ horto.

Horto domus salubrior efficitur.

Non põt dirui domus ad hocvt fiat viridariũ.

f ¶In textu ibi. Secũdũ clausuram. Ponit hec dictio scdm assertiue: ita ꝙ & si nulla eẽt clausura tñ deberetur hortꝰ: pro hoc est notabilis decisio Bartho. in. l. eum qui. §. iulianus. ff. de cõ-

Dictio secundum.

Domus vnicuiq; tutissimũ refugiũ.

stitu.pecu.vbi dicitur q; si quis condemnetur ad soluendum par caponũ secundũ quod predecessores sui soluerunt tenebitur condemnatus etiam si de predecessoribus non constet q; soluerint:ad hec vide Bal. in.l.edita.vlti.char. C.de edẽ.& Bartho.in.l. si testamentum in secundo notabili.C.de institu.& substitu.

g ¶In textu. Ibi possesso feudaliter. notanter dico possesso : ad hortum tm̃ referendo hanc determinationem non ad mansionem:quia de mansione est indubitatum attenta natura tituli:al's em̃ potuisset apertius consuetudo dicere possessis feudaliter vt sic determinaret & mãsionem & hortum. Regula est em̃ iuris q; determinatio sequens duo determinabilia debet ea equaliter determinare.l.si legatarius. ff. de leg.iij.l.si i testamẽto.C. de testa.mili.l.ex hoc iure.ff.de vulga.& pupil.& maxime cum non resultet absonus intellectus scdm glo.in.c.j.de prescrip.in.vj.c.statutum.§.j.de rescriptis eodẽ libro.c.j.de postula.prela. in.vj. Barba.in.c.requisisti de testa.extra.col.viij. Immo ex cõtrario potius induceretur absurditas & contradictio per id quod cauetur eadem consuetudine Parisieñ.arti.cxxij.vbi dicitur q; in rebus non feudalibus succedunt equaliter filij sine prerogatiua. Et ita ergo vbi nulla esset mãsio & nullus hortus feudalis nõ haberet locum hec prerogatiua licet essent plures alie mãsiones pulcherrime non feudales. Et ne videatur hec sola consuetudo ad feudalia restringere/adde idẽ consuetudiue Meldẽsi articu.xlj. &.clx. Idem Meldunensi articu.clvj.Idem Trecensi articulo.xiiij.& articu.sequenti.Idem consuetudine calui montis arti.viij.concordat Carnoteñ.arti. iij.considerata Ru. iuncto articulo.xcvj. Idem Aurelianensi arti.xxv.iuncto arti.ccxlj. Idem Turonensi arti.vij. titulo de succesio.feudo. iuncto artic.ij.in titul.de succes.ignobilium: & hoc inter nobiles secus inter ignobiles : vt ibi videre potes.Idem Pictauẽsi quãtum ad hoc articu.ccxxj.Idem consuetudine Ambienensi & Monstrolij quãtum ad hoc licet in quãtita te prerogatiue differãt iste cõsuetudines . Ambieneñ.articu.xxxix.& Monstrolij arti.iij. Alie autem sunt consuetudines videntur discordãtes : quia nullum faciunt discrimen inter feudalia & non feudalia. Sed simpliciter de mansione loquuntur vt Vitriaca arti. lv.s. riquerij articu.primo.Cenomanensis articu.ccxxxviij. iuncto arti.cclxxiij.distinguendo tamen nobiles ab ignobilibus. Andegauensis autem consuetudo concordat prorsus Cenomanẽsi arti. cxxij.Idem & quo ad hoc Borbonensi cõsuetudine arti.xij.in titu.de succesio.& idem cõsuetudine Aluernie arti.lj.in titu.de succesio. & hoc quãtum ad hoc:secus in alijs vt videbimus in.§.aut articulo sequenti.

¶Ecce vides ex precedentibus scdm aliquas consuetudines istam prerogatiuam esse tm̃ in feudalibus:scdm vero alias videtur etiam esse in non feudalibus & sine discrimine feudaliũ a non feudalibus:quod apertius norunt cõsuetudinũ praxi insistẽtes. ¶Sed queri potest qñ dicuntur mansiones tales esse feudales aut teneri in feudum. Et breuiter dic q; hec questio pendet ab illa quid sit proprie feudum:de qua tangit ample Frãciscus quinus de Curte in tractatu feudorum in prima parte questione.vj.principali vbi post positas definitiones feudi cõmuniter approbatas dicit septem esse requisita ad feudum proprie sumptũ. ¶Primo q; sit sponte datum & non coacte:quod tamen verbũ dicit esse generale in omni actu:quia vox pretoris dicentis quod metus causa gestum est ratũ non habeo,est vox dei quam posuit in ore pretoris:scdm Bal.in titu.de controuer.inuestitu. in vlti. col. ¶Secundo requiritur q; dominiũ directum remaneat penes concedẽtem:quod tamen intelligein vniuerso non in particulari: scdm Bal.post glo.in.l.i.C.vnde legiti. Et ideo est q; non potest vasallus alienare feudum non requisito consensu domini:immo & si alienet longissimoq; tẽpore stetetit:talis alienatio prescriptibilis non est:ita q; perdit vasallus feudũ per.c.imperialẽ de prohibi.feud.aliena.per fede.Et hoc de iure,de consuetudine autẽ secus saltem in hoc regno:quia feuda patrimonialia sunt vt nos late ostẽdimus in libro primo questione.xj. conclusione.iij. in fi. vbi rettulimus tres viros iurecõsultos nostrates eruditissimos ita attestantes : & vltra generalem consuetudinem per viros illos allegatam. Adde consuetudines particulares regni ita specialiter determinantes.Imprimis vide consuetudinẽ Meldẽsem arti.xxxiij.vbi dicitur q; feuda sic sunt patrimonialia q; alienari possunt sine consensu domini.Idem consuetudine Treceñ.articu. xlviij.Idem Aluernie.arti. xxxiij. alijs autem consuetudinibus hodie redactis in scriptis nõ vidi ita expresse cautũ. ¶Tertio requiritur q; vtile dominium transeat in accipiẽtem: & ideo dicit Oldra consi.clxix.& Albe.in Ru.C.de dona.q; si fit pactum q; directum dominiũ transeat in accipientem dicitur alterata natura feudi:& facta est alia conuentio:ita q; potius donatio q̃ feudum dici debet. Et ita etiam voluit Bald.in preludijs feudorum col.vj. de quo tra-

Effectus determiationis.

Quid est feudum.

Vox p̃toris vox dei quã posuit in ore p̃toris.

Feuda in regno frãcie sũt patrimonialia.

Cõcordia vel discordia aliarũ consuetudinum.

ctatur in.cap̃.j.§.j.de inuestitu. de re alie. fac. ¶Quarto requiritur q̃ feudum consistat in rebus immobilibus vel que immobiliũ nomine cõtinent̃: vt sunt annui redditus scdm Bal. in preludijs feudorum.vj.col.per tex.in.c.j.de controuer.inter vasal.& episcop. Annui enim redditus inter immobilia continentur.§. cumq; annui reddit⁹ in cle. exiui de verbo. signifi.l. iubemus nulli in princi.C. de sacro sanc. eccle. Item in molendinis consistit feudum: quia inter immobilia computatur scdm Ange.in.l.nõ solum.ff.de peti.here.Bal.in.l.certi iuris.C.loca.vbi appellat molendinũ predium rusticum & ratio assignatur ex eo quod dicit Ange.in.§. j.in aucten.de non alienan.vbi dicit q̃ mobile coherens immobili censetur imobile. ¶Quinto requiritur q̃ perpetuo transeat ad heredes masculos. Istam perpetuitatem itellígit Franciscus respectiue ad ipsum vasallum: quia si non velit non erit perpetuum feudum.c.j.de vasallo qui ꝓtra ꝓstitu. Sed iquãtũ de masculis fit mentio de consuetudine secus seruatur.nec fit discrimen ratione supradicta:quia sunt patrimonialia:tamen fit differentia in alijs inter masculos & feminas.vt j. videbimus. ¶Sexto q̃ fidelitas prestetur & seruitiũ personale. Et ideo dicit Cy.in aucten.ingressi.vlti.col. C. de sacrosanc. eccle.q̃ vbi prestatur seruitium reale non est proprie feudum:& ideo dicit Bal.in auctentica si quas ruinas.C.de sacrosanc.eccle. colum.antepenul. q̃ feudum magis coheret persone q̃ patrimonio:quia natura feudi in. seruitio personali est radicata. Et de hoc meminit Franciscus vbi supra. Et aduerte q̃ fidelitas sic coheret feudo q̃ non dicitur esse feudũ sine ea sumpto argumento ab analogia vocabuli:per tex.in.c.j.§.nulla. per quos fiat inuestitura: quod ample explanat Franciscus in suo tractatu feudo.in septima questione principali prime partis.vbi iter cetera dicit q̃ licet possit pacto remitti iuramentum de fidelitate seruanda:non tamen põt remitti ipsa fidelitas: quia sic posset dari materia delinquendi cõtra .l.conuenire.ff.de pac. dota.scdm Bald. in.c.j. in princi.de feud. Gardie & Martinum Laudensem in.c.j.in principio in.v.col.qui feu.date possunt. Ista sex requisita Iaco. Aluarottus ponit in.c.j.colũ.iiij. in quibus cau.feu. amitta. ¶Et vltra addit septimum requisitum Franciscus vbi supra. q̃ feudum debet gratis & libere concedi sine interuẽtu pecunie vel mercedis:& pro hoc adducit Specu.in titu.de loca §.nunc aliqua.versi.iiij.in fi.& ibi Bal.in addit. ad ipsum. Et ideo dicit Bald.in.l. qui se patris

De ãnuis redditib⁹.

Molendinũ iter immobilia ꝓputatur.

Feudũ eẽ nõ põt sine fidelitate.

Feudũ debet esse gratuitũ.

col.x.versi.hoc scias.C.vnde liberi. q̃ quando feudum datur pro pecunia potius est venditio q̃ feudum:vt dicit idem Bald.in.l.si quã.C.de ope.liber. q̃ si quis emat a principe mansum in feudum non erit proprie mansum tanq̃ sit mercẽnarium & gratuitũ. Ideo referebat etiã idem Bald.in eodem titu.l.liberti.vlti.col. q̃ si feudum concedatur pro annuo censu pot⁹ dicitur contractus emphitheoticus q̃ feudalis. & in.c.si cautio in vlti. colũna extra de fide instru.vbi determinat q̃ si concedat feudũ ꝓ cẽtum libris annuatim soluẽdis erit magis locatio q̃ feudum. De his meminit Franciscus vbi supra.col.iiij.sexte questionis principalis: & per tres sequentes prosequitur: an si detur aliquid contra hec septem requisita debeat dici contractus feudalis aut trãsformatus in aliã speciem:vbi post argumenta in partes tandem concludit q̃ licet pactum apponatur cõtra aliquod ex septem requisitis: firmus tamen remanet contractus feudi licet improprie:& pro hoc dicit esse tex.in.c.j.de feudo non habente propriam naturam feu.ibi licet propriam naturam feudi nõ habeat/ iure tamen feudi censetur:& pro hoc dicit esse cõsilium in indiui duo apud Paulum de castro.consi.clxij.in princi.& Ludo.de Roma. consi. lxx. in prima col. cum alijs ample allega. Pondera tñ quod ipsemet fatetur:q̃ improprie dicitur feudum quãdo fit contra aliquod ex istis requisitis. Et ita ergo si statutum aut consuetudo de rebus feudalibus loquatur non veniret huiusmodi feudum vt in proposito:quia statuta debent proprie intelligi:vt notatur in.c.in nostra de iniur. extra.in .l.iij.§.hec verba.ff.de nego.gest.

h ¶In textu. Ibi iugerum terre/aut volatum caponis equiparat:ergo hec & estimat volatũ caponis iugero. Idem Meldensi consuetudine arti.lxj. Idem Trecensi arti.xiiij. Senonensi arti.cxc. Calui montis arti.viij. Aurelianensi arti.xxv. Sed alie sunt cõsuetudines quãtum ad hoc discordãtes. Imprimis Carnoten. quia volatum caponis estimat iugero cum dimidio arti.iij.iuncto arti.cxvij. Consuetudo autem Turonensis equiparat iugerum terre non volatui caponis:sed redditui annuo.vj. solidorum:sed vltra adhuc duo iugera primogenito concedit: vt titu. de successio. feu.artic.iij. Et simile est estimatio consuetudine Cenomanensi cũ Turonensi.arti.ccxxxviij.& similis Andegauensis arti.ccxxij. Consuetudo autem Pictauiẽsis dat tres sextarios pro horto arti.ccxxj. Borbonensis autem consuetudo dat. xl. sextipedalia in ambitu mãsionis:vt tit.de successio.arti.xij.

Cõcordia vel discordia aliarũ ꝓsuetudinum.

Et idem consuetudine Aluernie datur: que sic estimat volatum caponis articu. lj. Relique cõsuetudines nihil attinere proposito videntur.

Questio. ¶Sed q̃ritur cui cõpetit electio de volatu caponis aut iugero terre: an ipi primogenito/vel reliquis heredib⁹. Et videtur q̃ heredũ sit electio aut optio: quia ĩ alternatiuis electio est debitoris. c. in alternatiuis de regu. iur. in. vj. l. in eo quod. ff. eodem. titu. de regu. iur. Cum ergo heredes habeant pati vt primogenitus hanc sumat prerogatiuam: & sic quasi debitores sint: ergo &c. ¶In cõtrarium facit bonus tex. in. l. plane §. penul. ff. de lega. j. & l. lutio. ff. de leg. ij. vbi deciditur q̃ si alicui legatus est fundus aut seruus/aut vsusfructus rei est in optione ei⁹ cui legatur. Ita ergo videtur in ꝓposito. ¶Dic breuiter q̃ ista pars secunda est verior in proposito cum verba consuetudinis in primogenitũ dirigantur: vt supra diximus in verbo mansionem. Item hoc est formaliter determinatum in duobus articulis sequentibus.

Lucrari dr̃ qui rẽ ex arbitrio agit licet dispẽdiose.

Sed certe hec questio est parue vtilitatis nisi ꝑ pertinacibus: qui ex optione libera existiment se lucrari si res eorum arbitrio fiat vtcũq; accidat: scdm notabilem glo. fi. in. l. cum seruus. ff. de cõditione causa data causa non sequu. Stultissimus em̃ est qui omissa via qua sibi certo ꝑuidetur se ad difficultatem perducit: vt est tex. in §. ceterum insti. quod cum eo. & ibi glo. notabilis adducens illa carmina triuialia. Qui videt vtilius & sumit. &c. Incert⁹ est enim caponis volatus: & ita sumeret incertum: arg. l. subsignatum §. fi. ff. de verbo. signifi. Teneat ergo

Certũ est tenẽdum.

certum & relinquat incertũ. c. si scirem de peniten distinc. vij. Pro incertis enim nõ est recedendum a certis §. vltimo. xxx. q. vj. l. cogi §. si pr̃. ff. ad trebelli. l. adoptiu⁹. §. fi. ff. de ritu nup.

i ¶In textu. Volatum caponis. Fuit cõmunis antiquorum locutio: de qua non potest dari certa causa: quia est de dependentibus a sola voluntate. ar. l. nõ omnium. ff. de legibus. pro quo vide glo. in cle. nolentes de hereti. in verbo. xl. no. docto. i. c. si quãdo de rescrip. extra. nisi forsan dicas q̃ distinguit volatum caponis a volatu galli cum sit virtus fortior in gallo: & ideo capo gallus gallinaceus appellatur: vt potes videre per Lucam de Penna in. l. iudices. C. de dignita. libro. xij. colum. v. vbi ponit varias appellationes mali pricipis aut regis. Inter

Mal⁹ princeps capo ni ꝑarat.

ceteras dicit q̃ princeps malus gallus gallinaceus. i. capo est appellandus: quia galline modũ habet. Sicut enim gallina nõ cantat: nec horas annunciat: sic malus princeps nec iustitiã predicat nec pacem annunciat. Item sicut capo nõ generat, sic mal⁹ princeps & iudex vtiles fructus trãquillitatis nõ educũt iustitie observationes subiectis: & sicut gallus gallinaceus nõ pugnat pro gallinis: ita nec princeps luxuriosus aut iudex ignauus pro subditis pugnat. xl. distin. c. sit rector. Item sicut capo se solũ impinguat sic priceps vel iudex cupidi nullo iustitie zelo aut charitatis ardore feruẽtes solum propriis delectationib⁹ studẽt: & sic seipsos ponũt in ignem inferni. c. ecclesie. xxxvj. distinc. Hec Lucas de Penna.

Articulus secundus de primogenitura loquens suo numero. ix.

Cũ Pater & mater[a] habentes feuda[b] & predia[c] nobiliter possessa[d] e viuis decedũt[e] relictis duobus liberis[f] venientibus ad eorũ successionẽ[g] dũtaxat filio primogenito pro suo iure priogeniture cõpetiti iure precipui[h] qualibet dictarum successionum tã ĩ patris q̃ matris[i] domus vna feudalis qualẽ vult deligere[l] pro mansione principali cum duobus trientibus[l] dictorum feudorum & predíorum nobilium. Alteri[m] predictorum libe rorũ cõpetit alius[n] triens & reliquus dictorũ feudorum & predíorum nobilium predictarum successionum.

a ¶In textu ibi. Pater & mater. & sic prouidet tam de successione patris q̃ matris: vt lati⁹ postea & apertius tangit.

b ¶In textu ibi. Habentes feuda. hoc dicit ad denotandum q̃ de alijs predijs non feudalibus non curatur in assignanda prerogatiua primogenito: de quo supra articulo precedenti diximus in verbo possessio feudaliter.

c ¶In textu ibi. Predia. Predia dixit: idẽ em̃ importat q̃ verbum barbarũ heritagia. Ver-

Verbum predium quid importat.

bum etenim predium est generale: ita q̃ comprehẽdit fundum/agrũ/ & possessiones. l. questio. ff. de verb. signi. Item quia predij nomen immobilia tm̃ continet. Bartholomeus Cepola in tractatu de seruitutibus capitu. ij. columna decima. per iura per eum allegata. & de predijs tam vrbanis q̃ rusticis vide ample eundẽ Cepolam. & certe hoc verbum res predictas

ben comprehendit: quia feudum potest tm̃ in immobilibus consistere: vt supra declarauimus in articu. precedenti in verbo possesso feudaliter.

d ¶In textu.ibi.Possessa nobiliter. Aduertendum est an referatur hec qualificatio nobiliter ad personas vel ad feuda. Et videt quod ad personas:& pro hoc adduco que pulchre & indiuiduo dicit Ioan.Fa.consuetudinum gallicarum fidelis(vt asseritur)relator in §. preiudiciales in fi.institu. de actio. vbi formaliter sic inquit. De consuetudine regni Francie succedũt alio modo nobiles q̃ ignobiles:subiungens q̃ per consuetudinem Francie non debetur anagium seu ius primogeniture nisi nobili. Et ꝓfecto istud discrimen inter nobiles & ignobiles iuridicum potest habere fundamentum: quia de iure nobilitas haberi debet in consideratione etiam in beneficialibus: ita q̃ beneficium dicitur incõpetẽs nobili quod esset ignobili competens.glo.in.c.cum adeo de rescript. extra.glo.in.c.conquerente de cleri. nõ resid. extra.bonus tex.in. c. de multa de preben.extra.per quem tex.dicit Innocẽ.in.c. dudum.ij. in fi.de elec.extra,q̃ sola nobilitas absq; literatura est iusta causa dispẽsandi: quod dictum multum extollit Feli.in dicto.c.cum adeo.col. penulti. in verbo nobilitas: dicens q̃ venit ad magnam declarationem di.c.de multa:de preben. extra. vbi dicit tex. sublimes & literatas: & ita dictio & est resoluenda in dictione vel propter istud dictum Innocen. Et pro hoc est bona glo.in.c. constitutis in verbo potentiam de appellatio. Sed adhuc in temporalibus nobilitas magis est in consideratione: quod probatur per glo.singularem in.c.q̃m vetus.xxiiij. questio.j. vbi dicitur q̃ cum quidam electores pape reprehensi fuissent ex eo q̃ elegissent ignobilem. Responderunt: Petro successorem quesiuimus non Augusto: quasi innueretur q̃ in temporalibus consideranda sit nobilitas & nõ in spiritualib⁹:& ideo cum ageretur apud Romanos de deligendo magistratu solebãt acclamare. Date hoc parenti: date hoc generi bene de re publica merito. vt refert Platina in suo dialogo de vera nobilitate. In alijs etiam pluribus casibus nobilitas est in consideratione:& distinguntur nobiles ab ignobilibus & plebeis. Ita vt dicat Feli.post modernos in.c.pastoralis in princi.de officio deleg.extra. q̃ rumpuntur regule iuris cõmunis fauore nobilitatis: quod videre est in pluribus:signanter in his que mihi in transcursu occurrerunt. ¶Imprimis:quia nobilibus magis est dandum q̃ ignobilibus.c. non satis.lxxxvj.distinc.& ibi Cardi.de Turre cremata. ¶Secundo:quia nobilis aliter admittitur ad prestandum fidelitatem seu mauis homagium q̃ ignobilis etiam habẽs feudum nobile. Nam nobilis recipitur ad osculum ignobilis. nõ.Specu.in titu.de homagijs & fidelitatibus col.xxxiij versic.Porro in regno Francie. ¶Tertio nobilis succedit homini suo morienti sine legitimo herede.Bal.in.l.j.C. de hereditibus decurio: vbi rationem assignat: vt cuius ipsi sunt eius omnia sua esse cognoscant ar.C. in quib⁹ caus.colo.censi. domi.accusa.possunt .l.fi.libro.xij.strictius enim sunt obligati domino q̃ collegiati collegio & libertus patrono.de quib⁹ idem disponitur in illa.l. prima. Hoc tamen restringit Bal.ibidem nisi ignobilis vellet de propris bonis testari nisi aliter se haberet consuetudo iuxta notata in dicta.l.fi. ¶Quarto immunitas conceditur nobilibus que non ignobilibus.l.non tm̃.§.illiensibus.ff.de excusa.tuto.Cum restrictione tamen.l. nobiliores. C.de commercijs & mercato. ¶Quinto nobili magis creditur §.item testium.iiij.q.iij.Specu.in titu.de nuncio.§.j. ¶Sexto licet qualitas extrinseca non presumatur glo. magistralis in c.si forte de elect.in. vj. notatur in.c.fi. de presump.extra.Tamẽ secus in nobili:quia pro eo presumitur etiam in extrinsecis in his que cõcernunt nobilitatem glo.reputata singula.in.c. illud.xl.distinc.pro quo vide Ludo. de Roma. singula.vj.c.xlvj. Ad hoc vide Barb.c.sedes de rescript.extra.col.ij.vbi dicitur q̃ in dubio presumitur nobilis donare: quia donare procedit a nobilitate.c. primo. de dona. extra. Nobilis presumitur liberalis:Auaritia em̃ odiosos:claros largitas facit secũdũ Boetiũ libro.ij.de philosophica consolatione. Et nihil(vt inquit Tullius in primo officiorum)tam angusti tãq; parui animi q̃ amare diuitias. Et ideo dicit Barba. se sustinuisse quandam donationem factam a quodam principe cuidam que impugnabatur ex eo q̃ merita donatarij non correspondebãt: scdm glo.singu.in.c.si quos.xij. q.ij. Nam respondebat ipse Barba.q̃ merita satis erant respectiue ad principis liberalitatem: & plura ibi effundit inuehens in principes auaros & miseros. De qualitate autem intrinseca puta ingenuitate animi nõ est dubiũ q̃ presumitur huic dicit Ioã. And.in addi Specu.in titu.de locato. circa princi. fuisse agitatum de turre Romana de quodã custode fortilicij qui ex causa impeditus accõmodauit illud cuidã nobili viro qui tradidit hostibus tamen absolutus fuit custos: quia non erat presumendum q̃ nobilis ille ha-

Nobilitas in bñficialib⁹ est in ꝓsideratione.

Nota pro electione Romani põtificis.

Rũpũtur regule iuris fauore nobilitatꝫ.

Nota pro homagijs

Extrinseca q̃litas in nobili ꝑsumitur.

Nobilis ꝑsumit̃ strenui eẽ animi.

buisset animum ita degenerem. de quo meminit And. Barba. in. c. accedens. ij. vt lite nõ contest. extra. col. ij. multum extollẽs dictum illud pro excellentia nobilium. ¶ Septimo nobilis habet priuilegiũ. l. ad egregias. ff. de iure. quãdo sine verecundia exire non potest. Ita voluit Lud. de Roma. singula. clxxij. dicẽs q̃ dñi sui (credo q̃ sentiat de dominis rote) ita determinauerunt per glo. in. c. si quis testium. de testi. extra. Sed dominus Iason in dicta. l. ad egregias dicit q̃ istud dictum sibi non placet: quia priuilegium. l. ad egregias datur propter dignitatem ob excellentiam personarum & nõ propter paupertatem aut verecũdiam. Item quia illud est generale in quocunq; qui ita allígatur vt sine dedecore in publico apparere nõ possit vt excusetur a iudiciali comparatione. tex. in. l. in eadem causa in fine. ff. ex quibus cau. maio. ¶ Octauo nobilibus in penis compatimur: mitius enim puniuntur q̃ ignobiles. l. quotiens. C. de dignita. libro. xij. per quem tex. dicit ibi Lucas de Penna aliquos tenere q̃ nobilis accusatus non est incarceratus colũ. iij. Licet tamen Archidia. teneat contrarium. ij. q. viij. c. quisquis. Sed dicit ibi predictus Lucas de Penna q̃ hoc durum videtur: q̃ scilicet nobilis saltem genere non carceretur pretextu. dic. l. quotiẽs. Loquitur enim in illustribus. hodie autem nobiles abiecto nobilitatis debito vt plurimum sunt magis scelerati q̃ inferiores. Videmus sepius seruari q̃ nobiles accusati non traduntur in carcerem cõmunem: sed in domum cuiusdã hostiarij parlamẽtei qui eos ibidẽ asseruat diligẽter: scdm doctrinã Ange. i. l. q in carcerẽ. ff. qđ met9 cã: & sic nõ tollit carceratio: sed mitigat. & modificat. Et ideo dicit glo. i. l. desertorẽ. ff. de re milita. q̃ nobiles nõ suspẽdũtur sed decapitant: q̃si honesti9 & lenius sit tormẽti gen9: quã glo. ibi Barto. multũ notat: dicens eũ seruari in Italia: sed in Frãcia sec9: quia nõ ita videt dura mors per suspẽsionẽ apud Frãcos sicut apud Italos: sed certe quicquid dicat Bartolus (qui ex auditu vt credo rettulit) communiter seruatur cõtrarium apud nos Francos: immo etiam apud plebeios diuites scdm quod ipse Bartolus dicit in. l. capitalium. §. serui. ff. de penis. Audiui tamen q̃ in parisiensibus furcis patibularibus distincte sunt furce superiores ab inferioribus ex personis nobilibus & ignobilibus adid supplicij genus damnatis: obseruari tamẽ nus q̃ nostra etate vidimus. At potius contrarium in plebeio quodam qui aliquando se armis addixerat: cui nõ crucis sed decapitationis pena imposita fuit: quia miles erat: conformiter ad dictam. l. desertorem. §. nemo militum. & l. j. §. si quis rusticus de pace tenenda. & ibi Bald. nescio tamẽ si de illiusmodi militibus iura predicta intelligebantur. Ecce hoc certum est de iure quod in penis defertur dignitati & nobilitati: pro hoc vide glo. i. c. fi. de penis. extra in verbo nobilitatem & clemen. multorum de penis in verbo inferiorum & c. cum beatus xlv. distin. & c. qui contra pacem. xxiiij. q. j. de quibus glosis meminit Felinus in. c. pastoralis de officio deleg. extra. in principio. vbi respondet ad duo obiecta que fieri possent in contrariũ. & primo qa nõ habẽda est acceptio psonarum in iudicijs. c. nouit de iudic. Secundo quia sic pena nõ corresp̃deret delicto ꝓtra. c. nõ afferam9. xxiiij. q. prima. Omne enim animi vicium tanto cõspecti9 in se Crimen habet, quãto maior is qui peccat habetur pro glo. est glo. in. c. cum quidam de iureiu. extra. Ad primum respondet q̃ acceptio personarum est prohibita quoad ministrandam iustitiam: secus in cohertionibus & penis: quia non tollitur iustitia scdm Ioan. And. in. c. secũdo de officio deleg. in. vj. Ad secundũ respondet q̃ pena que esset parua in minore est multo maior i maiore glo. in. c. primo de cle. venato. glo. in dic. c. ij. de officio deleg. in sexto. Hoc tamẽ quod detrahatur pene propter nobilitatem limitat Felin. in dict. c. pastoralis. colum. ij. nouem modis notabilibus. ad eum recurre breuitatis causa. ¶ Nono nobilis nubens plebeio potest accipere dotem in compensationẽ nobilitatis. glo. & docto. in. l. si volũtate. C. de dotis pmissiõe. Panor. in. c. gemma. de sponsal. extra. colũ. vj. & vxorem. & c. j. ad fi. de adulte. extra. legiste signant. Alexã. ff. de verborum significatione. ¶ Decimo nobiles ad obsequia dignitatũ admitti debent seclusis ignobilibus nisi sit nobiliũ penuria: scdm Bart. i. l. j. ff. de excusa. tuto. ¶ Vndecimo quia in ciuitate nobiles debent habere regimina & gubernationes. de hoc est tex. in auctenti. de defenso. ciuitatum. §. j. ibi ciuitatum habitatores. & ibi Angelus per illũ tex. arguit contra statuta Florentie excludentia nobiles regimine & includẽtia plebeios. de hoc meminit Barba. in. c. accedens. ij. colum. x. de lite nõ cõtesta. extra. qđ dictum est summe notandũ pro Italis: vbi omnes nobiles in vrbibus & ciuitatibus commorantur. Inistis autem partibus rari admodum vrbes incolunt: rusticantur etenim communiter omnes & vrbes incolere ludibrio habent. ¶ Videmus ergo ex precedentibus qualiter in pluribus fit discrimen inter nobiles & ignobiles. Nouissime post has

In penis nobilitati defertur.

Nobilis an sit pro crimine carcerãd9

De furcis patibularibus.

prerogatiuas nobilitatꝫ recollectas repperi Lucam de Penna in.l.mulieres. columna.v.vj.& vij.ampliſſime cumulārē. xxxvj. prerogatiuas nobilitatis &.vij.caſus in quibus ſunt deteriorꝭ ꝺditiõis nobiles.ad quē recurre cauſa breuitatis. Et ita ergo videreť multũ rationabile ꝙ verbum nobiliter poſitum in hoc articulo determinaret perſonas.Et ita etiam pluribus cõſuetudinibus gallicanis expreſſe cauetur ꝙ aliter ſuccedunt nobiles q̃ ignobiles:vt conſuetudine Treceñ.articu.xiiij.&.xvj.Item conſuetudine Calui montis arti.viij.&.x.immo etiã cauetur vtraq; conſuetudine ſupradicta ꝙ nobilis poteſt acquirere& tenere feuda nobilia eſto ꝙ nobiliter viuat ſed perſona ignobilis nõ.Itē conſuetudine Victriaca diſtinguntur nobiles ab ignobilibus arti.lv.&.xlvj vbi declarať qualiter ignobiles poſſint feuda tenere.Idem videtur cõſuetudine Turonenſi in titu.deſucceſſio. feudorum inter nobiles:iuncto arti.titu.deſucceſſione ignobilium.Idem Cenomanenſi arti. cclij.&.cclxxvij.Idem Andegauenſi arti.cclix. & ſequē.Idem Pictauenſi arti.xxj.Idem Borbonenſi arti.xij.in titu.deſucceſſio.Idem conſuetudine Aluernie arti.lj.Alie autem ſunt cõſuetudines que non diſtingũt nobiles ab ignobilibus:& harum alique expreſſe diſponũt ꝙ primogenitus inter etiam ignobiles gaudet iure primogenitureꝫ:vt Meldeñ.articulo.clxix.& Meldunenſi.clvj. Alie autem conſuetudines non diſtinguẽdo nobiles ab ignobilibus:vt Senoneñ.arti.cxc.& Ambianeñ.arti.xxxix.Mõſtrolij arti.iij. Carnotenſi arti.iij. Aurelianenſi artic.xxvj. ¶Sed forſan ita eſt ex induſtria introductum conſuetudine Pariſienſi & aliꝭ ſupradictis:quia vt dicit Bald.in.l.per adoptionẽ ff.de adoptio.in prima lectura. Nobiles ꝓ maiori parte hodie ſuperbi & inimici popularium guloſi & luxurioſi pluſq̃ populares: & nihil aliud ſciunt niſi comedere bibere & ſuperbire ſunt verba Baldi. Et ideo dicit Sozi. conſilio ccxlvj. incipien. eleganter ver. Prima ratio in ſecũda pte conſilioꝝ hodie prout aſtra diſponunt:ruſtici omnes ob diuitias nobilitantur,& vt nobiles regnant in vicijs.Nobiles vero proueniunt ad paupertatem & viles artes exercẽt. Hinc dicebat Quintus Cicero ſcribẽs ad Marcum fratrem de petitione conſulatus cum de Antonio & Catilina verba faceret. Nequaq̃ (inquit) hi ſunt tam genere inſignes q̃ vicijs nobiles.quare in nobiles noſtri temporis inuehens Policraticus ſic aiebat libro primo capi. v.ad fi.Nunc vero nobilium in eo ſapientia declaratur ſi venaticã nouerint,ſi in alea fuerint damnabiliꝰ inſtituti:ſi nature robur effeminate vocis articulis fregerint: ſi modis & muſicis inſtrumentis virtutis immemores obliuiſcantur ꝙ nati ſint. Et idcirco Diogenes Cynicus huius temporis nobilitatem malitie & ignauie velamen eſſe dicebat. & Hoſtieñ. nobilitatem nobile ſtercus appellabat in. c. venerabilis.de preben.extra.dicens ꝙ vere ſanguinis nobilitas non eſt alia q̃ ſtercoris & fetoris.& idē Hoſtien.in.c.tua de conſangui.& affini.colum.iij. ꝙ qui ſuperbit de nobililitate aut nobilioriſanguine,de nobiliori ſtercore intumeſcit. Non eteñ dicit ipſe eſt vis in genere cum de inferioribus fiant reges aſcendendo:& de regibꝰ fiunt comites deſcendendo:ſic fiunt de ruſticis milites & ex militibus ruſtici:& ita nihil aliud eſt mundana nobilitas niſi rota. Ideo dicit lex ꝙ euenientes fortune contrarios euentus ſepius operantur in aucten.de nup.§.quia vero hactenus col.iiij.& oĩs ſtatꝰ noſter ſub perpetuo motu conſiſtit in aucten.de non alienan. rebus eccle§.vt autem.colũ.ij.& ex potentibus proceſſerunt inanes & ex diuitibus pauperes: & ecõuerſo in aucten.vt omnes obediãt iudi.prouí. §.primo.col.vj. hec Hoſtien. ¶Et certe verũ dicit Hoſtien. ꝙ nobilitas ſtercus eſt niſi habeat virtutis cõcomitantiam. Et per hoc videtur maledixiſſe Ludo.Roma.ſingula. xxxvij. ꝙ nobilitas eſt ius ſanguinis quod eſt incõmutabile. Et ideo dicebat Socrates nullam eſſe differentiam inter Baiulum & Alcibiadẽ ſummoloco natum ſi virtꝰ abeſſet. Hinc Ouidius Naſo inquit.Nam genus & ꝓauos & que non fecimus ipſi Vix ea noſtra voco. & Satyricus. Stemmata quid faciunt,quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri:pictoſq; oſtẽdere vultus Maiorum:& ſtãtes in curribꝰ Emilianos. & ſubiungit paulopoſt.Tota licet veteres exornẽt vndiq; cere Atria,nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus. Idcirco Platina in ſuo dialogo de vera nobilitate inquiebat.Fruſtra nituntur quĩ omiſſa nobilitate hereditarium munus a maioribus expetunt.& poſtea paulo inferius ſubnectit. Gloriari quidem poſſumus nos a claris maioribus ſanguinem artus viſcera accepiſſe nobilitatem vero nequaq̃:que tota ex animis noſtris pendet,& non aliunde venit:ne ignarũ vulgus ſequamur qui perſepe in maximos errores delabitur:cuius opinio raro cum ſapientia conuenit.& tandem in fine predicti dialogi concludit hoc modo.Solos illos nobiles exiſtimo qui aliqua ſingulari virtute prediti ſunt,nõ autẽ illos qui bene loti & pexi & ſericati coxinatiue accipitrem circunferunt in ipſa ignauia

De cõcordia & diſcordia aliarũ cõſuetudinum circa nobiles.

Cõtra nobiles hodiernos.

Dictum Diogenis de nobilitate.

Nõ eſt nobilitas ſine virtute.

non in solertia vt par esset nobili tatẽ collocantes. hactenus Platina. Non ergo de maiorum virtute aut diuitijs nobiles denominandi sunt. vt volebat Aristoteles in libro de republica. Diuitie etenim non nobilitãt: & ideo Socrates hominem ignarum diuitijs affluentem oui inaurati velleris comparat. Facit illud boni mores plusq̃ diuitie operantur. l. scire. §. 1. ff. de tuto. & curato. datis ab his. glo. in proemio instítu. in verbo ostẽdite. facit bonus tex. in. c. gloria episcopi. §. crates. xij. q. ij. Similiter q̃ nec genꝰ ipm nobilitat vt supra deduximus. probatur: quia non curabat Christus vnde nasceretur. c. dñs lvj. distin. vbi dicit tex. Dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis commixtionibus sed etiam de adulterinis nasci: nobis magnã fiduciã prestãs vt qualicũq; modo nascimur & cetera. Et ad idem est textus eadẽ distin. c. nasci. c. vndecunq;. c. sponsus. c. ysmael cum simi. & pro hoc est bonus tex. in. l. si quid bello captum est. ff. de captiuis & postlimi. iuncta glo. in verbo erat: que dicit quod magis est meum quod virtute mihi queritur q̃ quod per antecessores meos. ꝑ quo est tex. in. l. iiij. ff. de inter. & relega. Ideo dicit Ouidius de põto libro. xvij. elegia. ix. Si modo nõ census nec clarum nomen auorum Sed probitas magnos ingeniũq; facit. Hinc Barba. in. c. postulasti de rescrip. extra. colum. ij. dicit q̃ nobilitas & scientia equiparantur quo ad promouendos. & idẽ Barba. in. c. accedens. ij. vt lite non contesta. extra. col. ij. & etiam pro hoc facit bonus tex. in. l. societas. ff. pro socio. iuncta glo. in verbo societas. ij. que dicit argumentum pro bene literatis ita vt nobiles recipiantur in canonios: quod optime facit pro statuto Lugdunẽsis ecclesie quo cauetur vt soli nobiles admittantur in canonicos: quod tamen statutum nõ videtur esse validum per id quod determiat Panor. in c. venerabilis. de ꝓben. extra. in tertio notabili: licet secus velit Ludo. Ro. singula. ccccl xxxvij. vbi querit an possit episcopus contra tale statutum dispensare. vide etiam eundem Ludo. in singula. ccccccxlvj. vbi dicit q̃ nobilis scientia prefertur nobili genere: quia primum est a natura: secundum ab accidenti scdm Cy. in. l. quisquis. C. de postulan. sed certe vbi nobilis genere esset ita virtuosus sicut nobilis scientia preferendus esset scdm Bal. in. l. nemini. C. de aduoca. diuerso iudi. & docto. in. c. venerabilis. hoc tamen intellige scdm Barba. in. c. ad aures colum. iij. de rescrip. extra. vbi dicit q̃ istud dictum Bald. debet intelligi de nobili nobilitate politica & ciuili dicẽs debere sic intelligi dictũ illud vulgare: q̃ scientia nobilitat nobilitate scilicet naturali non ciuili & politica: & non mirũ si iste nobilis vtraq; nobilitate sit preferendus nobili nobilitate altera tm̃ propter concurrentiam duorum vinculorum. Et ad hoc vide eũdem Barba. in capitulo prudentis colum. ij. de dona. ad hoc vide Bal. in. l. sed & milites. ff. de excusa. tuto. vbi per illum textũ dicit Bald. q̃ marchio & comes preferendus est ei qui est marchio duntaxat: quod dicit Barba. vbi supra esse multum notandum pro eo qui est miles & doctor in vtroq; iure doctus tamen: & ita ergo appellatione nobilium veniunt literati & virtuosi: & pro hoc facit tex. in. l. ij. ff. de excusa. tuto. §. iiij. vbi vlpianus appellatur nobilis & tm̃ genere nobilis non fuit. de quo vide Barba. in dicto. c. prudẽtis. colum. ij. in fi. vbi dicit q̃ debet intelligi in fauorabilibus. Et ideo si ex forma statuti imponitur collecta nobilibus nobilis scientia aut moribus non tenebitur ad collectam: quia illam nobilitatem acquirit quo ad fauores ar. l. quod fauore. C. de legi. cum vulgaribus. & dicit Barba. ibidem paulo ante q̃ ad perfectam nobilitatem tria requiruntur q̃ quis sit nobilis genere virtuosus & diues per tex. quem mirabilem ad hoc appellat. l. nobiliores C. de cõmer. & mercato. Idem Barba. in. c. accedens. ij. colum. prima. extra. vt liti. non cõtesta. vbi taxat Barto. q̃ non citauerit illum tex. in. l. j. C. de digni. libro. xij. vbi ponit tractatum de nobilitate. Cum ergo sit hodierna nobilitas mutila & manca & virtute destituta inter nobiles & ignobiles sublatum est discrimen vt videmus: & ita consuetudo videtur etiam operari quo ad aquisitionem feudorum per ignobiles vt scilicet efficiantur ignobiles capaces: & hoc ex tolerantia principis qui hanc consuetudinẽ scit & tolerat. Hoc tamen verum est q̃ in hoc regno quilibet rex in initio sui regni accipit aliquam pecunie summam ab ignobilibus feuda tenentibus quasi illius pecunie interuentu tollatur illa incapacitas. & de hoc habes ordinationes regias que feudorum francorum & nouorum ac questuum denominãtur.

¶ Adde etiam q̃ nobilitas est triplex secundũ Bartol. in. l. j. C. de digni. & Barba. in. c. prudentis. colum. ij. de dona. extra: supernaturalis. de qua habetur. j. Regum. c. ij. Quicũq; honorificabit me ego honorificabo eũ. qui autẽ cõtempserint me erũt ignobiles. Secũda nobilitas naturalis. Tertia politica qua distinguit nobilis a plebeio: isto mõ cõiter accipit scdm Bart. vbi supra. & Sozi. ꝑsi. ccxlvj. ī. ij. volu. & ibi iter cetera adducit Pau. de castro. ꝑsi. ccxxviij. als. xxix.

Pulchrũ dictũ Socratis.

Nobilitas & scientia equiparãtur.

Scientia hominẽ nobilitat.

Nota de Vlpiano.

Que ad pfectã nobilitatẽ requirũtur.

Nobilitas triplex.

vbi dicit q; si quis habeat a principe potestatē legitimandi filios nobilium intelligitur de nobilitate vt vulgariter accipitur argu. c. ex litterꝛ de sponsa. de quo dicto Paul. meminit Barba. in. d. c. accedēs. ij. col. ij. in prin. & ipm reprehēdit dicens: q; cum repeteret sacram constitutionē editam a Federico. iij. incipiente: volētes in regno opulentissimo Sicilie: dabat hanc regulam q; verba prolata a iureconsulto sunt intelligenda scdm cōmunem modum loquēdi ipsorum iurisconsultorum per glo. quam dicit singula. in. l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. facit glo. in. l. j. C. de vsu. cum ergo (dicit ipe) princeps sit monarcha iurisconsultorum: verba ergo debēt capi scdm q; principem decet. Et ita q; debet intelligi potestas ista concessa in ea acceptione nobilium: de qua in dicta. l. nobiliores. Hec ratio in hoc regno non concluderet per id quod notabiliter dicit Bal. in. l. nemo. C. de senten. & interlocu. omnium iudi. Item cōsidera in proposito puta vbi agitur de interpretatione consuetudinis Parisiensis q; hec verba nobiliter debent intelligi scdm vulgarem acceptionem: maxime quia a vulgaribus consuetudo introducitur. de quo vide que dicuntur per Feli. in saluta. decre. in. iij. iiij. v. colum.

e ¶ In textu. ibi. e viuis decedunt: fatali die functi sunt. l. fi. C. si reus vel accusa. mor. sue. fati munus implēt. l. ea demum. C. de colla. vite sortem derelinquunt. C. de testa. mili. l. milites in fata collapsi sunt. l. ex morte. C. de pac. conuen. cum simi. & vide. xxvj. concordantias quas ponit Albe. in. l. pactum quod dotali. C. de pac.

Concordātes de morte.

f ¶ In tex. ibi. relictis duobus liberis. hoc dicitur ad differentiam quādo sunt plures: vt videbimus in articulo seqn. vbi deducemus que consuetudines in hoc concordant vel discordant cum Parisiensi.

g ¶ In textu. ibi. venientibus ad eorum successionem. hoc dicitur ad exclusionem eorum qui nō veniunt vel renūciatione: quia liberū renunciare est heredibus iure suo toto titu. ff. de acqui. vel amittē. heredita. ¶ Vtrū hoc renūciare a iure sit introductū ciuili vel pretorio tractatur in. l. licet. C. de iu. deliberā. vbi est communis conclusio q; est introductū de iure pretorio. Nam ius ciuile reddebat filios necessarios heredes. §. sui in fi. de here. qualita. & differen. & hoc quia dabat potestatem patrib⁹ in filios vite & necis. l. in suis in fi. ff. libe. & posthu. ius autem pretorium fuit mitig⁹. vt eodē. §. sui. versi. sicut his pretor permittit volentibus abstinere: & ius ciuile quod postea subsecutum est: istud ius pretorium approbauit tāq; equi⁹ & iustius. vt. l. si filius. ff. de vulga. & l. fi. C. de iure deliberā. De hoc vide Do. Iasonem in. d. l. licet. C. de iure deliberan. & de hoc etiā est expssa consuetudo Parisiensis arti. cxxx. & licet iura excipiant vnū casum puta in legitimato per oblationem curie: vt §. & quem in titu. quibus mo. natu. efficiuntur sui: tamen credo indistincte renunciationē cuilibet permissam: ista quippe species legitimationis recessit ab aula vt supra diximus libro primo. Itē p hac consuetudine potest poni exēplum in religiosis qui parentibus suis non succedūt: & sic nō veniūt ad eorum successionem nec monasterium pro eis: vt habet eadē cōsuetudine Parisiēsi arti. clij. & ita in hoc videt aduersari psuetudo nostra iuri: vt auctentice ingressi. C. de sacrosanc. eccle. & l. deo nobis. §. hoc etiam cognitum. C. de episco. & cleri. &. c. in presentia. de proba. & ita ergo vbi duo essent liberi: quorum vnus vel renunciasset vel esset religiosus professus: idem esset ac si vnus tm̄ esset scdm Bal. in. l. si quis prioris. §. talem. C. de secun. nup.

Ptās renūciādi hereditatipne quo iure ē introducta.

h ¶ In textu ibi. iure precipui. vtrum autem hoc ius precipuum equipolleat prelegato dicemus. j. quando tractabimus vtrum ex eo quia filius habet maiorem partem hereditatis teneatur ad maiora debita & ad maius es alienū persoluendum: vbi etiam videbimus vtrum hec verba iure precipui referantur ad principalem mansionem tm̄ vel etiam ad duos triētes feudorum: & an alie consuetudines concordent vel discordent.

i ¶ In textu. ibi. in qualibet dictarum successionum tam patris q; matris: dictio qualibet distribuit: omnis autem colligit. glo. in. l. si pluribus. ff. de lega. ij. & ita Bar. colum. prima. l. non distinguemus. §. cū in plures. ff. de arbi. cum simi. Idem quo ad hoc consuetudine Meldensi articu. clxij. Idem Meldunensi arti. cc. vbi declarat aperte q; accipit vnam mansionem in qualibet successione patris & matris: & ratio istarum consuetudinum potuit esse ne fili⁹ ad imparia iudicetur ex parte patris & matris: ex quibus est eadē causa succedendi. l. scripto. §. finali. ff. vnde liberi. & pro hoc facit glo. singula. in. c. cum inhibitio de clādesti. despon. in principio. in verbo si ambo parentes. vbi dicitur q; monstrum esset q; quis esset legitimus ex parte matris & non ex parte patris & ecōtra. Sed hec ratio non videtur concludens: quia immo potest quis legitimatus fieri heres matris & non patris voluntate patris requirentis legitimationem & econuerso. Ita voluit

Quilibet & oīs differunt.

Antonius de Butrio. in capitulo per venerabilem qui filij sunt legitimi. colum. xxx. versic. Sed dubium an pater. & ibi Cardi. Alexā. amplissime. Specu. in titu. de successio. ab intesta. §. fina. Paulus de castro in l. solet. ff. de iurisd. oim iudi. Alexan. cōsi. xxv. in primo volumine & consi. xxx. in quarto volu. & idem Alexan. ample in. l. pactū. C. de colla. & ibi dominus Iason colum. ij. Et ideo alique sunt cōsuetudines que contrarium innuere videntur generali earum locutione: puta alique dicunt habeat talem prerogatiuam tam in hereditate patris q̄ matris: sed nō dicitur distributiue in qualibet. Alie dicūt habeat talem prerogatiuam in linea directa nō exprimēdo an vnā pro vtraq; successione vel duas pro duabus successionib⁹. Inter has consuetudines sunt Senonensis. cxc. articulo. Trecensis. xiiij. Calui montis articulo viij. Victriaca. lv. Monstroli j. articu. ij. Ambienen. xxxix. Carnoten. articulo. iij. Aurelianen. xxv. arti. Turonē. arti. iij. de successio. nobiliū. Cenomanensi. ccxxxviij. &. xxxix. Andegauensi. cxxij. Pictauensi. ccxxj. Borbonensi in titu. de succesio. articu. xij. Aluernie articu. lj. hoc autem casu quando sic loquitur consuetudo generaliter vtrū poterit primogenit⁹ in qualibet successione petere prerogatiuam: dicem⁹ j. latius in q̄stione infra singulariter discutiēda. specialem em̄ & peculiarem requirit indaginē vt videbimus ex discursu.

De discordia aliarū cōsuetudinum.

k ¶In tex. ibi. qualem deligere voluerit. nota quia venit ad declarationem precedentis arti. & tollit quod erat aliqualiter dubium ex generalitate predicti arti. Concor. huic cōsuetudini in hoc Meldunen. arti. clvj. Trecen. xiiij. Victriaca articu. lv. Cenomanēsis arti. ccxxxviij. Andegauēsis. cxxij. Pictauensis. ccxxj. Borbonensis. xij. in titu. de succesio. Relique consuetudines iam scriptis redacte (nisi fallor) generaliter & sine expressione electionis loquuntur.

Questio. ¶Sed bona potest esse questio an ne primogenito qui vnam māsionem elegit pro principali variare licet? Et hec questio est notabilis: & sepissime occurrere pōt: & vt clari⁹ alteri⁹ partis veritas eliciat arguo in ptes. ¶Prio q̄ possunt variare: probatur. quia patronus laicus variare potest. c. cum autem de iure patro. & ibi dicit Panor. etiā idem esse in patrono ecclesiastico dūmodo iure patrimonij sibi cōpetat ius patronatus: & ita ergo vult q̄ in patrimonialibus licita est variatio quando alicui competit electio quia presentatio vim habet electionis: vt ibidē dicit Panor. Itē cui cōpetit optio si optauit acetū pōt iterū optare vinū. l. ij. ff. de optione lega.

Item pro hoc facit regula quam ponit Abbas Panor. in. c. bone. ij. de postula. prela. extra. col. iiij. vbi dicit q̄ quādo alicui cōpetit electio potest variare sepe anteq̄ ius sit alteri quesitū: & ita vult glo. i. c. mutare de re. iuris in sexto. imo videtur q̄ possit variare totiens quotiens sibi placuerit. per glo. singula. in cle. plures de iure patrona. in verbo plures. vbi vult q̄ patronus laicus potest variare & quotquot sibi placuerit presentare. ¶Sed in contrariū q̄ variare non possit probatur per regulam in iure vulgatam. Quod semel placuit amplius displicere nō potest. c. quod semel. de regu. iuris in sexto. c. in istis. iiij. dist. c. per tuas de proba. extra. l. pomponius. ij. ff. de nego. cum simi. & specialiter in electoribus. probatur in. c. publicato de elec. extra. c. nulli. eo. titu. de elec. in sexto. l. penulti. ff. de decu. cum simi. Item quia simplex sermo verificatur in prima vice. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. vbi hoc sermōe dum nupta erit prime nuptie intelliguntur. & ideo dicit Bald. in capitulo presentata. quarta colum. de testi. q̄ facultas data patribus cōcilij generalis de eligendo locum concilio intelligitur de prima electione: ita q̄ variare non possunt. & ita tenuit Abbas Panor. qui fuit vnus ex fautoribus concilij Basilien sis cum Ludouico de Roma. vt singulariter refert Felinus in capitulo nonnulli. de rescrip. extra. colum. quarta. in sermone habito Basilie in cōcilio: & incipit ille sermo Maximum. & colum. xxiiij. facit quod dicit Bald. in. l. si vt proponis. j. ad fi. C. quomodo & quando iudex. q̄ si est data potestas arbitrandi intelligitur pro prima vice & semel tm̄. Item securitas data bannito veniendi intelligitur pro prima vice. Barto. & communiter docto. in. l. prima. ff. ad l. iuliam. maiesta. Ange. in. l. vtimur. ff. de sepulchro violento. Panormita. in capitulo. ij. de treuga & pace: vbi ample ad hec vide Felinum. vide etiam Rochum de Curte in suo tractatu de iure patrona. in verbo honorificum in decima questione principali: vbi concludit q̄ licet patronus laicus variare possit iuxta dispositionē iuris: tm̄ tm̄ semel variare potest: adducens Bald. ita volētē in auctentica habita. C. ne filius pro patre. colum. sexta dicentem q̄ vbi licita est variatio intelligitur tm̄ semel ponderate vbi licita innuit: ergo q̄ non est licita nisi iure caueatur. Et per hoc dictum Bald. & plura in simili adducta reprehendit Rochus de Curte p̄dictam glo. in cle. ij. de iure patro. Item & vltimo quia variatio est specialiter a iure prohibita nedum in personis ecclesijs: sed etiam in laicis, vt est textus iuncta

Abbas panor. & Ludo. de Roma. fautores cōcilij Basiliēsis.

glo. in clemen. j. de renun. iuncta glo. in verbo maxime.

Resolutio ¶ Pro resolutione cogitate si hoc modo dici possit. Aliquando diuiditur hereditas tñ auctoritate tñ prinata inter filios & aliqñ auctoritate iudicis. Primo casu scilicet qñ auctoritate priuata & tũc aut electio fuit acceptata ab aliis fratrib⁹: puta quia dixerit primogenitus se elegisse tale vel tale castrũ ꝑ mãsione principali & alij fratres acceptauerint: & tũc nõ licebit primogenito resilire. aut non fuit acceptata: & tũc secus est. pro hoc adduco pulcherrimã doctrinam dominoꝝ de Rota de preben. in antiquis vbi dicunt ꝙ si episcopus aut alius prelatus habeat ius nominandi vnũ in prima sui creatione qui recipiatur in canonicũ si nominatio acceptata fuerit sortita ẽ effectũ: ita ꝙ nõ ꝑt aliũ nominare etiã si renũciet ille nominat⁹ postea. Aut diuisio hereditatis fit auctoritate iudicis: & tunc fuit electio facta per primogenitũ presentata superiori aut non. primo casu nõ potest de nouo eligere argu. capi. bone. ij. de postula. prela. extra. versi. nec nocebat: vbi determinatur ꝙ postulantes post presentatam postulationem Romano pontifici (immo etiam cuilibet alij superiori ex identitate ratiõis scdm Panor. ibi colũ. iiij.) non licet postulantibus resilire ne viderentur illudere superiori ex arbitrio eorũ: & ideo dicit Bal. in Rub. de postula. ꝑla. extra. ꝙ postq̃ postulatio intrauit secretũ principis facta est sua: & hoc nisi ipsi iudici placeret sicut & varie postulantes quãdo superiori placet: vt colligit Panor. in d. c. bone in. xi. notabili. nihil em̃ alijs deperit cum per illam solam electionẽ nõ videatur eis aliquod ius quesitũ. & sic sum⁹ in casu theorice supra allegate. Hec autẽ duo mẽbra distinctionis procederent nisi electio de mãsione fuisset iutilis: puta si mãsio illa fuisset euicta ab hereditate: licet em̃ acceptata vel iudici presentata tñ potest resilire & de nouo eligere: & pro hoc facit notabile dictum Bal. in. c. olim. colũ. ij. de rescrip. extra. vbi dicit ꝙ si dacptãs arbitro prorogãdi neq; aliud adiscit intelligitur de prima prorogatiõe & hoc si pria prorogatio valuit: sed si nõ valuit & fuit iutilis intelligitur de prima que valebit per. l. hec conditio. j. ff. de condi. & demonstra. & l. qui per salutem. ff. de iureiuran. pro hoc facit quod dicit idem Bal. i. l. fidei cõmissa. §. si quis decẽ. ff. de legi. iij. ꝙ statutum loquens de cõpromissis propinquorum sic debet intelligi: ꝙ si non fit satisfactiuum statuto per primũ cõpromissum debet iterato cõpromitti cum adhuc vendicet locum ratio statuti q̃ est vt lites finiantur: & ita respõdet ad. d. §. hoc sermone. ad idẽ vide eũdẽ Bal. in. l. inuitus in fi. C. de procura. vbi dicit ꝙ verbũ qd̃ põt ferri ad plures actus tunc debet referri ad primum actũ quando primus actus consumit effectum scdm intentionem loquentis: sed quando nõ est ita tunc ipsa verba intelliguntur de actu vlteriori per. d. l. hec conditio ex quo infert ꝙ procurator datus ad appellandum potest & secũdo appellare si per primam appellationẽ satis prouisum nõ est. pro hoc vide etiam Ludo. de Roma. in. l. pretor. §. hoc autem interdictũ. ff. de dã. infec. & cõsi. ccccciiij. Sozi. consil. cxcj. in secunda parte consili. vbi distiguit an quis teneatur facere compromissũ ex dispositione iuris vel ex dispositione hominis primo casu tenetur iterare compromissum si primũ nõ est sortitum effectum aut secũdo casu non tenetur iterare. Pro his vide Feli. in. c innouamus de treuga. & pa. extra. colum. ij. & iiij. versi. Fallit. v. & adde ad hoc tex. formalem in. c. si electio. de elec. i sexto. vbi i materia electionis permittitur noua etiam in spiritualibus ex quo prima reperitur inualida. & pro hoc facit tex. in. c. considerauimus de elec. extra. & ibi Panor. in. iij. nota. facit. c. nulli licere de elec. in sexto. vbi potest eligens variare vbi aliquid latentis vicij vel defectus peruenit ad notitiam de electo. quod verisimiliter tempore electionis ignorabatur: ita in ꝓposito vbi in re electa aliquid erat quod verisimiliter ignorabatur. & bona est ratio: quia ex quo errabat non videbatur cõsensum ꝑstare nec vere eligere ar. l. si per errorem. ff. de iurisdi. omnium iudi. hec mihi videntur dicenda circa hãc questionem quam nusq̃ antea vidi motam aut examinatã, potest tamen sepissime occurrere.

Questio. ¶ Sed queritur. ponamus ꝙ inter mansiones sit equalitas redditus & frugalitatis an ne priogenitus haberet ius eligendi. Ista q̃stio est etiã satis in iure abscondita: & videtur dicẽdum ꝙ electio aut optio sibi non competat. & pro hoc adduco tex. notabilem iuncta glo. in l. cum aurum versi. sed si argenti. ff. de auro & argen. lega. cum glo. in verbo optio. in fi. que dicit ꝙ tunc non est optioni locus quando parũ expedit eligere. quod etiam ibi colligit Bartolus: & pro hoc vide Ludo. de Ro. singula. ccccl xxxix vbi dicit legat testator optionem ex tribus rebus omnino conformibus & in nihilũ differẽtibus an tale legatum optionis valeat. Respondet ꝙ non: & pro hoc dicit esse casum singularem in dicta. l. cum aurum §. si argenti. & per hoc dicit se decidisse questionẽ vnius canonicatus ecclesie Brachino, vbi est statutum ꝙ

antiquior potest optare ecclesiam vacaturam argu.c.fi. de consue.in. vj. decesserunt duo canonici habentes prebendas omnino cõformes vnus optauit vnam alius qui habebat potius ius optandi volebat eandem optare dicit Ludo.se decidisse q̃ nõ poterat per predictũ tex. & q̃ hoc casu non habebat locũ dispositio statuti illius:ex quo dicit etiam se lucratum plus q̃ xl.ducatos. Certe decisio est multum singularis sed nescio si seruaretur:quia textus illud nõ q̃bat:sed glo.id tm̃ dicit p̃ ratione textus:& nihil allegat nec etiam Barto. & ita non est credẽdum iuxta no.in.l.illam.C.de colla.cum simi. & pro parte altera q̃ optare possit facit generalitas disponẽs. ex quo em̃ generaliter loquitur generaliter est intelligenda & indistincte. l. de precio.& ibi ampla glo.ff.de publi.in rẽ actio.c. ad audiẽtiã de deci.extra. Item quia cõcessum mihi a iure beneficium nullus tollere potest.c. Indultum de regu.iu.in sexto.vbi bona glo. declarãs de duplici iuris bñficio:& hoc intelligẽs ab hoie & sine causa.vt lati⁹ ibi p eã. Itẽ qa non est dabilis casus i quo sit oĩmodo paritas:qa sola affectio primogeniti ad vnam mansionem disparitatem causat:lucrari enim dicitur qui sue satisfacit voluntati glo. singula.in.l. cũ seruus in verbo facti.ff.de condi.causa data causa nõ secu. Cogita tamen quoniam nus q̃ repperi istud dubium tactum.

l ¶In tex.ibi cum duobus trientibus.&'sic vult q̃ ex quo sunt tm̃ duo filij primogenitus cõsequatur pro iure priogeniture duos triẽtes totius assis feudalis:& sic bessem sue octo vncias de istis terminis.vide tex.i.§. hereditas institu.de heredi.instituen. Crescente autem numero crescit & portio aliorum filiorum & decrescit portio primogenito competẽs scd̃m q̃ videbimus in arti.sequẽ. vbi etiã de rõne dicemus. Huic cõsuetudini omnino cõcordat Carnoten.artic.iij.Aurelianen.artic.xxvj.Reliqueautem consuetudines discordant diuersimode tamen.Meldensi em̃ extra mansionem principalem reliqua feuda diuiduntur equaliter:excepto q̃ tantum accipit vnus masculus quantũ due filie:& exceptis etiam baronijs que nõ diuiduntur:sed primogenito competunt recompensando fratres & sorores.hec articulo.clx. Discordat etiam eodem modo cõsuetudo Trecen.articulo.xliiij. Discordat Meldunẽ.articulo.clvj.vbi habetur q̃ primogenitus habet mediam partem omnium feudorum: & reliqui filij alteram dimidiam non distinguendo an sint duo tm̃ vel tres vel plures: quia propterea non augetur nec diminuitur pars primogenito cõpetens. Item discordat nostre consuetudini Senonen.arti.cxc.quia extra mansionem principalem partiuntur equaliter. Item discordat cõsuetudo Calui montis:quia fit equalis partitio extra mansionem distinguendo tamen masculos a feminis:vt supra arti.viij. De alijs consuetudinibus dicetur in articulo vel §. sequen.

De cõcordia vl̃ discordia aliarũ cõsuetudinũ.

m ¶In tex. ibi. alteri scilicet secundogenito alter em̃ de duobus dicitur.l.qui duas.ff.de rebus dubijs.&.l.nõnunq̃.ff.de iudi.l.si duobus. & ibi.glo.ff.de bono poss. contra tabu. aliquãdo vero de tribus dicitur.l.quicunq;:& ibi glo. ff.de heredi.instituen.l.ancille.C. de fur. & ibi no.signanter per Bar.vbi declarat an sit signũ distributiuum vel non.

Dictio alter.

n ¶In tex.ibi.alius triẽs.& hoc satis erat dicere sine adiectione illa dictorum feudorum: & quia dictio ali⁹ denotat similitudinẽ facit & positionẽ eiusdem qualitatis.de hoc est glo.& ibi Panor. notat in fi. in capitulo sedes de rescrip.extra.glo.in.l.si fugitiui.C. de ser.fugiti. de hoc vide copiosius remissiones per Felinũ in dicto capitulo sedes.colũ.fina. & per And. Barba.consilio.vij.&.xxiij.secundo volumine Alex.consilio.xxxiiij.primo volumine.& consilio.cvij.in secundo volumine. Ludo. Roma. consilio.ccclxxxv.

Dictio alius.

¶Articulus tertius suo numero.iiij.

Cum [a] pater & mater habẽtes feuda & predia possessa nobiliter decedũt relictis pluribus liberis duorũ [b] numerũ excedẽtibus vsq̃ ad tres aut maiorem numerũ [c] veniẽtibus ad eorũ successionẽ filio priogenito iure precipui p̃ suo iure primogẽiture cõpetit in qualibet dictarum successionũ tã patris q̃ matris domus vna possessa feudaliter qualẽ deligere voluerit p̃ mansione principali secũdũ termios ãtiquos [d] cum semisse [e] omnium aliorum predíorum possessorum feudaliter & omnibus aliis liberis simul altera dimidia siue semis dictorum feudorum & prediorum possessorum nobiliter.

a ¶Nihil differt aut parũ articulus iſte a precedenti niſi in numero liberorum: ex cuius augmẽto ſequitur iuris primogenite ipſi⁹ priogeniti excremẽtũ: & ideo ego breuiter expediã

b ¶In textu ibi duoꝝ numerum excedentibus: quia in precedenti articulo diſpoſuerat qñ tm̃ duo ſunt venientes ad ſucceſſionem: hic ergo diſponitur quando plures duobus: quia hoc caſu alia ratio militat ne primogenitus tanta p̃rogatiua gaudeat vt.j. deducemus. & de hac cõ ſuetudine que diſcriminat duos a pluribus vide Ioan. Fa. in indiuiduo §. ex non ſcripto inſtitu. de iure natu. gẽ. & ciui. colum. iij. & §. preiudiciales in fi. inſtitu. de actio. que autem cõſuetudines regni concordant vel diſcordant in hoc: dicemus inferius.

c ¶In tex. Aut maiorẽ numerũ. & ita ſi quatuor ſi decem ſi. xxx. ſi. xl. liberi gaudebit ſemper primogenitus prerogatiua de qua in hoc articulo: nec aliquid prorſus ſibi diminuetur de iuribus & ſemiſſe hereditatis feudalis. & ſic nõ ſemper augetur portio liberoꝝ minorũ primogenito ad excreſcentiam numeri liberorũ alias eñ opus eſſet pro quolibet excremento diuerſimode ſtatuere: & tãdem redderetur inutilis prerogatiua primogeniti.

d ¶In tex. ibi. ſcdm terminos antiquos. hoc dicit quia ſtandũ eſt terminis antiquis niſi noui euidenter probentur: quanto enim termini ſunt antiquiores tanto ſunt efficaciores. l. ij. & ibi ita no. C. finium regũdo. mutati eñ termini antiqui non preſumuntur niſi probetur. l. in finalibus. ff. finium regundo. aut ſaltem cõtractu aut priuilegio alij contineantur: ſcdm Bald. in. l. j. C. eodẽ. ti. Inferẽs. q⁹ ſi papa cõcedat alicui caſtrũ & deſignet terminos alios q̃ ſint antiqui tenẽdi erunt iſti termini: quia licuit in re ſua ita terminos immutare. & hec nota quia a⁹ termini dicuntur ipreſcriptibiles. c. ſup eo de parochijs extra. & licet ibi determiet de terminis parochiarum tamen Hoſtiẽ. ibi idem dicit in terminis dignitatum ſecularium: puta ducatuũ/comitatuum/marchionatuum/ baroniarũ: per. l. agros. C. de fundis limitrophis libro. xj. & .l. in nomine domini circa medium. C. de officio prefec. preto. affri. l. imperialis §. preterea de prohibi. feu. aliena. inuſi. feudo. quod tamen ſ dicit ipſe Hoſtien. male obſeruant domini & principes ſeculares: quia quotidie occupãt aliorum territoria cum graui preiudicio animarũ ſuarum dicentes. Celi celorum terram autẽ dedit filijs hominum. de quo etiam vide Panor. in eodem capitu. ſup eo. vbi ſimpliciter refert & ſequitur Hoſtien.

Fines terrarũ ſunt impreſcriptibiles.

e ¶In tex. ibi. cũ ſemiſſe. i. dimidia parte aſſis feudalis §. hereditas inſti. de hered. inſtituen. Et ſic ergo quãdo ſunt plures filij duobus: puta tres aut quattuor aut plures habet priogenitus tm̃ ſemiſſem aſſis feudalis & altera dimidia competit reliquis filijs. bona eſt profecto ratio & iuri conſona per tex. in aucten. de triente & ſemiſſe circa principiũ verſic. hec nos monuerunt. vbi dicit tex. q⁹ ſi ſint tres aut quattuor liberi legitima erit triens: ſi plures ſemis vt clari⁹ habetur in aucten. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & excreſcẽte numero excreſcit & portio legitime: ita in propoſito. Item pro hoc adduco bonum textum in. c. cum. M. Ferrarienſis de cõſtitu. extra. per quem tex. ibi colligebat Anto. de Butrio in repeti. illius capi. colum. v. ad principium. ibi in verbo pauciorum q⁹ ad augmentationem concurrentium ad partes partium ſequi debet augmẽtatio ſicut ad diminutionẽ doctorum concurrentium ſequitur augmẽtatio numeri ſcholarium: & ad diminutionem cõmeſtorum ſequitur augmentatio epularum: & ad dimunitionem virtuoſorũ ſequitur augmẽtatio honoris. c. j. de priui. extra. Ita formaliter Anto. de Butrio. vbi ſupra. & ita iuſtius fuit creſcente numero liberorum vltra duos prouidere eis de maiori portione. Tamen aduerte q⁹ alique conſuetudines regni ſunt concordãtes alique diſcordantes. Concordant tm̃ vt diximus in articulo precedenti conſuetudo Carnotenſis articu. iij. & Aurelianenſis arti. xxv. & ſequenti. Diſcordant autem relique conſuetudines: de Meldenſi/ Trecenſi/ Meldunẽſi/ Senonenſi/ & Caluimontenſi diximus ſupra: ſupereſt de alijs exponere. Diſcordat ergo Victriaca arti. lv. & lvj. qa quilibet filioꝝ accipit caſtrum ſi tot ſunt caſtra: & quod reliquum eſt diuiditur inter filios & filias equaliter excepto q⁹ tantum accipit filius vnus quantum due filie. Diſcordat etiam Ambianenſis conſuetudo arti. xxxix. vbi prerogatiua primogeniti longe amplior eſt ſine diſtinctione numeri liberorũ. Nam primogenitus cõſequitur (in feudis quidem) quattuor partes omnium feudorũ: & alij filij omnes quintam partem adhuc ſub nomine vſufruct⁹. Ita q⁹ quolibet eorum decedente conſolidatur eius portio cum partibus primogeniti. Dura profecto eſt conſuetudo. Huic cõ ſuetudini Ambianenſi concordat conſuetudo Monſtrolij quãtum ad hoc q⁹ reliqui filij habeant tm̃ quintam partem feudorũ: ſed diſcordant inquantum mitigauit duriciem conſuetudinis Ambianenſis: quia vult hec conſuetudo Monſtrolij q⁹ illa quinta pars ſit hereditaria re-

De cõcordia vl diſcordia aliarũ cõſuetudinũ.

Dura conſuetudo.

liquis filijs: ita q̄ trāsit proprietas in istos filios nec tenent nomine vsufructus siue ad vitam eorum duntaxat.vb ibi videas arti. iij. Discordat etiam consuetudini nostre consuetudo Turonensis in titu.de successio.feudo.arti. iij. vbi dicitur sine discrimine numeri liberorū q̄ inter nobiles primogenitus habet omnia mobilia & duas partes omnium rerum successionis directe cum mansione principali:vt supra diximus.Discordat etiam consuetudo Cenomanēsis. Nam primogenito vltra mansionem principalem assignat duos trientes successionis paterne & materne:reliqui filijs sine distinctiōe numeri alterum trientē habent cū mirabili discrimine inter filios & filias : quia filie habent portiones suas in ꝓprietate : filij autem in vsufructu. De hoc tamen discrimine nihil adhuc est decisum. Interim tamen vult cōsuetudo ita seruari arti . ccxxxviij. Item eadem est discordia consuetudine Andegauensi arti.cxxtij.Discordat etiam consuetudo Pictauensis arti. ccxxj. quia per illam primogenitus vltra mansionem principalem habet duos trientes omniū terrarum nobilium:reliqui filij & filie sine discrimine numeri habent reliquum trientem. Consuetudo autem Borbonensis & Aluernie vltra mansionem principalem cum pertinentijs aliquibus nullam videtur prerogatiuā dare primogenito:vt Borbo.arti.xij. in titu. de successio.& Aluernie.arti.lj.

¶ Articulus quartus suo nūero.xj.

Quando[a] in feudo competē te duobus aut pluribus liberis[b] ex successōe patris āt matris[c] deest māsio principalis : nec aliquid est[d] vltra predia rustica[e] siue arabilia priogenitus potest accipere iugerū terre [f] in eo loco quē deligere voluerit iure precipui vice dicte mansionis.

a ¶ Nunc prouidet qñ nulla est principalis mansio in feudis successionis paterne aut materne:ita q̄ prerogatiua suprascripta seruari nō potest in forma specifica.

b ¶ In tex.ibi.Duob⁹ aut plurib⁹ liberis.hoc dicit:quia quātum ad hoc non interest an duo vel plures sint liberi:quia vtroq; casu dat simpliciter primogenito mansio principalis.

c ¶ In tex.ibi.Patris aut matris.hoc dicit qa in qualibet successiōe & patris & matris competit primogenito vna mansio principalis hac consuetudine vt supra vidimus.

d ¶ In tex.ibi. nec aliquid est.hoc est nulla est mansio feudalis:quia & si esset aliqua mansio non feudalis : non tamen eam consequeretur. Verba eñ debēt intelligi scdm materiam subiectam.l.si cui.ff.loca.cum simi.primogenitus aūt nō habet p̄rogatiuā nisi i feudalib⁹ & p̄diis possessis nobiliter.vt supra vidimus:ergo.&c. ¶ Item quia que in precedentibus dicta sunt in sequentibus repetita intelliguntur.l.ticia.§.j. ff.de verbo.obliga. & talia sunt subiecta qualia permittūt eorum predicata.& cetera. bona est glo.in.c.dudum in fi.de deci.extra.vbi probatur q̄ talis presumitur libellus qualis est sentētia & cetera.pro quo facit tex.in.l.si preses.ff. de pe. ¶ Item quia cōstitutio interpretans debet intelligi in terminis iuris interpretati. Ange.de Are.in.§.capite.iij.colum.ij.instit.de lege aqui.per.l.nihil.ff.de coniungen.cum emancipa.liberis : sed adde meliorē tex. de iure in §. fi.in aucten.de filijs natis ante dotalia instrumēta colla.iij. vbi formaliter dicit textus. Tertia vero constitutione non adiecimus aliquid de temporibus cum omnibus manifestum sit oportere ea que adiecta sunt per interpretationem in illis valere in quibus & in interpretatis legibus sit locus. pro hoc facit glo. in.c. is qui &.c.si postq̄ de elect.in sexto.vide Gemi.in.c. auaritie.col.iij.&.c.vt circa.§.edicto de elec.i.vj

Qualis sē tētia talis libell⁹ presumitur.

e ¶ In tex.ibi.vltra predia rustica seu arabilia: qa vbi est edificiū appellam⁹ in iure p̄diū vrbanum:vbi simplex area predium rusticum.vt.l. prima.ff.cōmunia predio.&.l.prima.ff.de serui.vrba.predio⁹.in glo. prima & vltima.

Predium rusticū & vrbanum

f ¶ In tex.ibi.iugerū terre.mirabilis cōmutatio & longe profecto dissimilis illa Diomedis cum Glauco:de qua meminit glo.in proemio Digestorū in verbo permutantes. Et certe cōsuetudo ista videtur fuisse liberalis ea liberalitate qua est papa impetrātib⁹ quib⁹ dat plūbū ꝓ auro.de qua liberalitate meminit Io. And.i.c. sedes de rescrip.& communiter ibi doctores.signanter autem Barba.colū.ij. vbi dicit q̄ istud est iocose dictum:quia non debemus inspicere plumbum seu literas plumbeas:sed illud qđ cōtinetur in literis.argu.l. qui chirographū. ff. delega.iij.Sic in proposito non debemus inspicere trīm ipsum iugerum terre : quia certum est q̄ nullam habet proportionem cum māsione que tutissimum est refugium & receptaculum .l.pleriq;.ff.& in ius vocan.Sed hoc voluit cōsuetudo vt semper aliquid retineret ipse priogenitus significatiuum maioritatis : & credo

Liberalitas pape.

Questio. adhuc ꝙ nullam reperies consuetudinē in hoc cōcordātē. ¶Sed querit̄ an debeat eē istud iugerum quod datur loco mansionis feudale. dic breuiter ꝙ sic: quia subrogatum debet sapere naturam eius cui subrogatur. c. ecclesia. vt lite penden. cle. j. de suple. negli. prelato. l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum alijs concor. positis per Feli. in. c. si pro debilitate de officio delega. extra. Item quia in non feudalibus omnino debet esse equalis diuisio vt supra deduximus.

¶Articulus quintus suo nūero. xii.

INter filias[a] qn̄ nullus est masculus veniēs ad successionē patris aut matris iuri primogeniture nō est locus: & veniūt omnes & diuidunt equaliter bona dictarum successionum dicti patris & matris tam ī feudis & prediis possessis nobiliter q̄ in aliis.

a ¶Nunc tāgit an ius priogeniture habeat locum inter filias: nullis existentibus masculis: & determinat ꝙ non: & idem vult eadē cōsuetudo. arti. xxvj. imo cū ampliatiōe siue ī linea directa siue collaterali. Idem etiam arti. cxxvj. Et certe bona est ratio: vt supra libro. j. ample ostēdim⁹. & ꝓ hoc ī indiuiduo vide Bal. in. l. in multis. ad prin. ff. de sta. ho. vbi expresse dicit ꝙ cōsuetudo regni ꝙ primogenitus succedat non intelligitur in feminis. & de hoc dicto Bal. meminit Phi. decius. in regula femine. ff. de re. iu. colum. penulti. versi. quarto queritur vbi ample plura cumulat de materia ista: an masculinum comprehēdat femininum. Vide etiam diffuse per Do. Iasonē in. l. si quis id quod. ff. de iurisconsul. omnium iudi. Sed vnum est in ꝓposito nr̄o notādū qd̄ specialiter hic de filiab⁹ tractat̄: & ita discretiue & separatim fit mētio de masculis & feminis: & sic masculinū indubie non comprehendit femininū scd̄m Bal. in. d. l. ī multis. in pria lectura ad fi. rationē assignando: quia expressum facit cessare presumptum. l. si ita. ff. de libe. & posthu. l. clemens. ff. de heredibus instituen. Spe. in titu. de procura. §. primo post princi. Sozi. in suo tractatu de regulis iuris in regula masculinum per. l. fina. in prin. C. ad tertu. Cum hac consuetudine cōcordat Meldeñ. arti. xlv. & arti. clxiij. Item Meldunen. arti. cxli. Idem Trecēsi. arti. xiiij. Idem Senonensi. arti. cxcv. Idem Carnotensi. articu. v. Idem Aurelianen. arti. xxv. Idem consuetudine Aluernie. art. lij. in titu. de successio. Alie autem sunt consuetudines discordātes: & hec diuersimode. Nam alique dant prerogatiuam femine primogenite inter filias qualem haberet primogenitus inter filios vt consuetudine Ambianen. articu. xxxix. Monstrolij. artic. iij. s. riquerij arti. primo. Idem consuetudine Cenomanēsi. arti. ccxxxviij. ccxliij. & cclij. & huic omnino concordat Andegauensis artic. cxxij. Consuetudine autem Turonensi habet principalem mansionem & omnia mobilia soluendo debita personalia articu. xiiij. & articu. xx. Cōsuetudine Pictauensi habet mansionem principalem cum pertinētijs & nihil aliud. ccxxvij. arti. Consuetudine autem Calui montis habet solum nomen & arma & aliam prerogatiuam non consequitur. arti. viij. Alie sunt consuetudines q̄ tacere vident̄: & nihil circa hoc exp̄sse disponūt. vt Victriaca & Borbonensis si bene memini: & hoc stāte. ¶Quero quid dicēdū: videt̄ ꝙ priogenita gaudere debeat sicut priogenitus gaudet: quia masculinū concipit femininum etiam in sacre scripture interpretatiōe. c. maiores in prin. & ibi Panor. in. ij. colum. extra de baptismo. & maxime in fauorabilib⁹: vt est text⁹ in. l. si ita scriptū. ff. de lega. iij. Ludo. Roma. consi. xcviij. imo etiam in priuilegijs secūdū Bal. in. c. ad andientiam prima colū. versic. quero nunquid de rescrip. gemi. in. c. generali. colū. iij. versi. iij. casu de elec. in sexto. vbi dicit ꝙ priuilegium imunitatis concessum filijs cōpetit etiam filiabus: pro quo facit textus in. l. j. §. fi. ff. de iure imuta. ad hoc facit quod voluit Alex. consi. cx. in secundo volumine incipiente circa dubitationem in quarta colum. vbi dicit ꝙ si statuto caueatur ꝙ coniuncti ex linea paterna preferantur alijs vsq; ad quartum gradum sub hoc verbo coniuncti etiam femine cōprehendūtur de proprio significatu quid plura videmus eñ ꝙ etiam in penalibus masculinū femininum comprehendit. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omniū iudi. Et ideo dicit Barto. in. l. iura. ff. de legi. ꝙ si statutum prohibeat aliquē ire de nocte sine lumine sub pena comprehēdit etiā feminā. Possent & hic plura cumulari de quibus per docto. in. dic. l. si quis id quod: si ergo etiam in odiosis masculinum comprehēdat femininum ergo a fortiori in hac materia que est fauorabilis. iuxta illud quod pulchre dicit Hostien. in. c. fi. ne cleri. vel mona. in fi. vbi dicit. Rogo te ne odiosum sed fauorabilem in-

De cōcordia vī dis-

cordia aliarū cōsuetudinū.

Questio.

Resolutio

ueniãt te fauores. ¶ Sed ꝓfecto his non obstãtibus crederem partem contrariam esse veriorem: quia casus omissus debet remanere in dispositione iuris communis. l. si cum dotem. ff. solu. matri. & per subauditos intellectus nõ est inducenda iurium correctio: sed potius cõcordia procuranda. glo. singula. in. c. cupientes. §. quod si per. xx. in verbo petere in fi. de elec. in sexto. Cum ergo inter filias de hoc iure primogeniture non caueatur: ergo &c. Itẽ in his que differunt ratione vel causa finali masculinum non concipit femininum Sozi. in predicta regula masculinum fallentia. vi. do. Iaso. in. d. l. si quis id quod colum. ij. ff. de iurisdi. omnium iudi. vbi ad hoc plura adducit: ideo dicebat Signorolus de homodeis consi. clxxx. ꝙ priuilegium legitimandi filios non comprehendit filias: quod potest esse verum ex diuersa ratione quicquid dicat Phi. decius in dicta regula femine colum. penul. ff. de regu. iuris de diuersa rõne inter masculos & femias diximus supiori libro abunde ibi recurre questione. xx.

Qñ masculinum nõ cõprehendit femininum

¶ Articulus sextus suo ordine. xx

¶ Eadẽ[a] consuetudine[b] in linea collaterali[c] nõ est ius primogeniture.

a ¶ In precedentibus de iure primogeniture in linea directa vidimus. Nunc tractat̃ quid in linea collaterali.

b ¶ In textu. ibi eadem consuetudine Parisiensi scilicet.

Quid est linea.

c ¶ In textu. ibi. in linea collaterali. Est autem linea collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens & numeris distinguẽs. de hoc vide pulchre per Ioannem And. in declaratione arboris consanguineitatis colum. prima. vbi etiam dicit lineam esse in triplici differentia. Quedam ascendentium / quædam descendentium / & quædam collateralium: & quoniam oculata fides vberior est & luculentior: vt vult textus in §. finali insti. de gradi. cogna. capitulo apostolice. de dona. extra. capitulo nec aliqua. xxvij. questione prima. ideo hec breuis sufficiet ꝑ explanatione figura.

Triplex linea.



Linea collateralis.

Sic ergo mortuo Roberto sine liberis Ioannes & Theodoricus fratres equaliter succederent ipsi Roberto sine prerogatiua primogeniture quia collateraliter se attingunt: & cogita (licet de ratione taceatur) si ratio quare inter istos collaterales nõ habet ius priogeniture locũ põt hec assignari: qa priogenitura dr̃ respectiue ad genitorẽ: frater aũt fratrẽ nõ generat: & ideo frater respectiue ad fratrẽ ius primogeniture consequi non potest. Cum hac consuetudine concordat Melden. articu. clxiiij. Meldu. arti. cxl. Trecen. arti. xv. Senonensis. articu. cxciiij. Caluimontis articu. ix. Victriaca. lix. Carnotensis xciiij. Aurelianen. articu. xlvj. Aluernie articulo. lij. Discordat autem consuetudo Ambianensis articu. xl. Monstrolij. articu. vj. Turonensis articulo. xj. in titulo de successione feudorum. Cenomanẽsis. ccxxiiij. Andegauẽsis. ccxxiiij. arti. Pictauensis articu. ccxxj.

De cõcordia vl̃ discordia aliarũ cõsuetudinũ.

¶ Articulus septimus suo numero, cxxxiiij.

Eadem[a] consuetudine qñ est fili⁹ ex filio[b] primogenito superstes patri suo: succedẽdo auo vel auie[c] representat[d] dictũ patrem primogenitum in iure primogeniture. Si vero[e] sint filie dũtaxat representant[f] dictũ patrem omnes simul[g] provno capite & partiuntur cum patruis & auunculis nullo iure primogeniture[h] filiabus competente.

a ¶Nunc agitur de representatione in iure primogeniture: & duas habet partes. In prima tractat de filijs primogenitorum. In secūda de filiabus ipsorum primogenitorum: & vtrūq; respectu successionis aui aut auie vel aliorum ascendentium: secunda ibi si vero.

b ¶In tex. ibi. filius ex filio. & iste filius ex filio de iure appellatur nepos. l. iurisconsultus §. nepos gradi. ff. de gradi. affini. & hoc ostēdit etymologia vocabuli scdm Salice. in. l. si auie. C. de successo. edic. vbi dicit q; nepos dicit quasi natus post patrē. ¶Hoc facit ad questionem notabilem & a pluribus agitatam: an appellatione nepotis veniat filius ex filio vel filius fratris: & videtur q; nō veniat filius fratris sed tm̄ filius filij per predicta. immo dicit Barto. in. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testa. q; nullibi in iure reperitur q; filius fratris dicatur nepos. & ita dicit Rap. Fulgo. in. d. l. si auie. q; non meminit se legisse in iure: & ideo dicit Bal. in. l. si dotali. ff. solu. matri. q; si aliquis acquisiuit emphiteosim pro se & nepotibus non veniunt nepotes ex fratre: & dicit Dinū ita consuluisse est consilium. xviij. Ita etiā consuluit Fede. consi. xxxix. vbi decidit & determinat q; si statutum excludat sororem existente nepote non debet intelligi de nepote ex fratre.

Quis veniat appellatiōe nepotis.

¶In contrarium q; immo veniat filius fratris probatur per tex. in. c. tua de consangui. & affi. extra. vbi per illum textum ita collīgit Panor. in primo notabili dicens q; non recordatur se vidisse tex. de iure canonico ita clare probātem cum textus ipse ita exponat. Sed vltra adducta ibi per eum vide textum in. c. quod super eo. titu. de consangui. & affinita. c. non sine. de arbi. extra. c. dilecto. de preben. c. per tuas. in fi. de proba. c. duo pueri de sponsa. c. felicis §. ceterum de penis in sexto. c. j. de scismati. eodē libro. & hec q; iure canonico. De iure ciuili tex. est in. c. j §. similiter in ver. nepos: qui feu. dare possunt. quem tex. dicit ibi Bald. se nō reppe-risse alibi in iure ciuili. & ibi Iacob. de Beluso inducit pro priuilegio cōcesso alicui & nepotibus. vide glosas in iure ciuili in primis glo. in dicta. l. si auie. glo. in. l. post emancipationem. & glo. j. in. l. cum quis decedens §. codicillis. ff. de lega. iij. glo. in. l. auunculo. ff. de dona. causa mortis. vide Ioannem And. & ibi post eū Gemi. & Phi. Francum in. c. fundamenta de elec. in sexto.

Resolutio

¶Pro resolutione huius questionis varij varia dixerunt: ita vt do. Iason in dicta. l. si auie. post Alex. & communiter doctores de materia tractantes ibi referat quinq; opiniones. Sed tandē concludit q; proprie appellatione nepotis non venit filius fratris: & ponit tres fallentias: quarum vltima est notabilior ceteris: nisi communis vsus loquendi esset q; nepos sumeretur p filio fratris: quia dicit ipse post Bald. & communiter omnes ibidem filij filiorum apud omnes ablatici appellantur filij aūt fratrum nepotes & sumpta occasione plura inserit de communi vsu loquēdi & quāta sit eius vis. Et vltra eum adde que amplissime cumulantur per Feli. in salutatione Gregoriane compilationis: vbi copiosissime de hac materia communis vsus loquendi differit: & inter cetera in indiuiduo col. ij. dicit de nepote q; ex propria significatione significat filium filij. Sed secus est de communi vsu loquendi scdm quem accipitur pro filio fratris. Ita etiam cōcludit Panor. post Anto. de Butrio ibidem. Et hoc etiā si materia sit odiosa contra Fede. de senis consi. xxxviij. Et pro hoc vide eūdem Panor. in. c. tua. de cōsangui. & affini. vbi inducit ad questionem pro statutis & concludit q; sic deberent intelligi statuta de nepotibus facientia mentionem: quia dicit ipse communis vsus loquendi preiudicat proprie significationi: vt p Bar. in. l. oēs populi. ff. de iusti. & iure. & Innocen. in. c. olim de verbo. signi. & glo. in. c. nōnulli. extra de rescrip. Adde duo signanda dicta. Vnum Iaco. Butri. in auctē. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. vbi dicit q; cōmunis vsus loquendi dat verbis proprium significatum. Alterū Bal. in titu. de pace cōscientie §. sententie. vbi dicit q; omnis intellectus qui nō consonat auribus vulgi est extraneus argu. c. ex literis de spon. Et de his dictis vide And. Barba. in dicto. c. nonnulli de rescrip. extra. colum. vij. vbi plura etiam in hac materia effundit: & iter cetera qd̄ refert Frācis. de Rampo. in quodam consilio incipiente/Statuto cauetur(quod ponitur inter consilia Ioan. Calde)dicens: q; verba etiam prolata a iurisperito licet communiter intelligantur scdm iuris dispositionem. vt est textus in. l. si dictum ibi nō ita vt vulgus opinatur. ff. de euictio. glo. in. l. quotiens. ff. familie hercis. & l. quid si nepotes. ff. de test. tutel. tamen hoc fallit si aliter se haberet cōmunis vsus loquendi. de quo vide Feli. in salutatione decretalium. colum. iiij. Redeundo ad propositum dicendum est ergo q; vbi consuetudo aut ordinatio regia in hoc regno faceret mentionem de nepotibus deberemus intelligere de filijs fratrum: quia ita est communis vsus loquendi etiam apud sensatos & graues filios etenim filiorum non nepotes sed paruos filios appellamus.

De cōmuni vsu loquendi.

c ¶ In textu. ibi. succedẽdo auo vel auie. hoc dicit notanter respectiue ad ascendentes & nõ ad collaterales: & ratio assignanda est hec: quia in linea directa tm̃ habet locum representatio: & sic in successione ascendentium. Secus in linea collaterali vt etiam eadem consuetudine Parisiensi cauetur. articulo centesimo quadragesimo nono. Et rationem rationis assignare potes secundũ Nico. de Neapo. in §. primo insti. de legiti. agnato. successio. & Ioã. Fab. in §. ceterum. eo. titu. quia ius quod habet succedendi transuersalibus non est ita potẽs sicut ius quod succedendi ascendentibus: quia non ita debetur successio transuersalium siue collateralium sicut ascendentium. Et hanc rationem refert: & sequitur Dominus Iason in §. cum filius institu. de heredi. que ab intesta. defe. in additio. ad Christophor. Porcũ. & idem Dominus Iason in. l. si auie. columna secũda. C. de successo. edic. Cum hac consuetudine Parisiensi cocordat Aurelianen. articulo. ccxlviij. cum hac modificatione: nisi de consensu partiũ quarũ interest ita permittatur. discordat autem Trecen. nã etiã in linea collaterali admittit rep̃sentationem vsq; ad filios fratrum inclusiue articulo. xcij. Et huic consuetudini Trecen. sunt similes Calui montis articulo septuagesimo nono. & Victriaca articulo sexagesimo sexto. Item discordat Parisiensi Turonen. articulo xxiiij. in titulo de successio. feudo. Quattuor alie sunt consuetudines apertius q̃ cetere Parisiensi contrariantes: quia dant representationẽ in omnibus successionibus & ascendentium & collateralium donec aliquis de genere reperiatur. Cenomanensis. ccxlj. artic. Andegauensis arti. ccxxv. Pictauensis. ccxij. Lugduneñ. arti. x. titu. de successionib⁹. Nouissime discordat etiam Carnoteñ. que representationem concedit etiam in linea collaterali scdm iuris dispositionem arti. xcj. quod vt intelligas aduerte q̃ nouissima iuris cõis dispositione in linea collaterali habet locum representatio q̃ tractatur de hereditate patrui vel auunculi seu auuncule vel matertere: quia tunc filius vel nepos succedit loco patris: & simul & semel cum alijs patruis. tex. in aucten. cessante. & in corpore vnde sumitur. C. de legi. heredi. In alijs autem transuersalibus secus: quia filij⁹ vel nepos tũc nõ succedunt in locum patris premortui. imo excluduntur per patruos qui viuunt. tex. in aucten. post fratres. C. de legi. heredi. & ibi Bar. hãc declarationem ponit Cy. in dicta aucten. cessante. Bal. in. l. iij. C. eo. ti. Ioan. Fab. in dicto §. cum filij⁹. & ibi Ange. adducẽs tex. in. l. auunculo. C. cõmunia de successio. Et ita cõsuetudo nostra secuta est antiquam iurisprudentiam que omnino collateralibus negabat representationem vt dicit Do. Iason. in addi. ad porcum in dicto §. cum filius per. §. si plures insti. de legiti. agnato. successione. Sed cõsuetudo Carnoteñ. est secuta nouissimam iuris prudentiã de qua supra. Aduerte etiam q̃ quando succedunt nepotes cum patruis succedunt tm̃ in stirpes & nõ in capita. vt est tex. in dicto §. cum filius. vbi Io. de Pla. hoc modo declarãs in stirpes. i. in locũ sue stirpis. i. sui patris. omnes em̃ habent tm̃ partẽ quam habuisset si viueret.

Quare tã tũ in linea directa habet locum representatio.

Cõcordia vel discordia aliarũ consuetudinum.

d ¶ In textu. ibi. representat. filius ergo primogeniti representat patrem suum in iure primogeniture. Ratio assignari potest: quia succedens alicui censetur eiusdem qualitatis cuius est ille cui succedit. l. qui quadraginta vel nam heres. ff. ad trebell. l. in his §. non debet. ff. de regu. iur. Et sic quantum ad nos est sopita illa questio de qua superiore libro amplissime disserui. An nepos preferẽ patruo in successione aui. Et pro ista rep̃sentatione est textus in §. cũ filius insti. de heredi. que ab intesta. deferũtur. per quem textum dicit Ioan. de Platea ibi esse limitationem regule dicentis q̃ proximior in gradu proximior est in successione. vt insti. de serui. cogna. §. totiens. & §. si plures. de legiti. agnato. successio. quia regula illa procedit nisi vlterior in gradu succedat in locum alicuius propinquorum: quia tunc non venit ex persona sua: sed ex persona eius in cuius locũ succedit. Ita formaliter dicit predictus Io. de Platea. & sic sentit q̃ succedit vt pater & non vt filius quod reprehendit Do. Iason in dicta. l. si auie. C. de successo. edic. dicens q̃ textus ille in §. cũ filius qui vult q̃ nepos succedat in locum patris debet intelligi. i. in gradum ac si esset in eodem gradu in quo erat pater: sed non ex persona patris: & ita succedit vt nepos & non vt pater. & hec declaratio prius fuit Barto. in. l. j. §. si sit nepos in prima colum. ff. de colla. do. & l. j. §. si filius. ff. de cõiũgen. cum emancipa. liberis. & l. ij. ff. de libe. & posthu. & l. si auus in fi. C. de libe. prete. Bald. in. l. finali. C. de pac. Ita Alexan. voluit consilio vigesimo primi voluminis & consilio quarto quarti voluminis. & sic vult q̃ nepos succedens auo non succedit ex representatione patris sui sed ex capite proprio. Certe questio ista est subtilis & pro hac parte facit quia nepos preteritus in testamento aui rumpat testamentum. l. si auus. C. de li-

Ratio introducte representationis.

Nepos succedens auo an ex suo capite vel patris veniat.

be.preteri.Si autē veniret ex capite patris non rumperet quia pater fuit institutus Barto.in.l. gallus.§.& quid si tm̄.ff.de libe.& posthu.colū. penul.tenet q̄ ex persona patris filius succedat & nō ex persona sua nisi representando patrem:vt dicebat supra Ioan.de Pla.& Ioan.Fabri in dicto.§.cum filius.Et ita vult nostra consuetudo:& hoc est certe rationabile:quia licet ex capite suo concurreret in successione cū patruis:tamen non in iure primogeniture cū ipse primogenitus nō sit:& est verisimile q̄ patrui sunt primogeniti:necesse est ergo q̄ illam qualitatem successionis in primogenitura habeat representatiue & ex capite patris. & ita pro resolutione potes dicere scdm Bald.in dicta.l.si auus.& Salice.& docto.post eū. aliquādo quis succedit alteri remotiue siue priuatiue.i.remoto eo qui erat prior in gradu:& tūc ille qui succedit nō succedit ex p̄sona primi.sed ex p̄sona sua. & sic p̄cedat tex. in di.l. si auus. & p̄ hoc adducit Bal.simile per id qđ habetur in.c.fina. ne prela.vices suas extra.vbi dicitur q̄ remoto vno canonico vel morte vel depositiōe aut aliter succedit alius ille alius non ibi est ex persona primi:& ideo non tenet ad debita primi. Aliqñ quis succedit loco alterius per transmissionem:quia primus transmittit in scdm successorem suum:& tunc necesse est q̄ ex persona primi.l.qui in alteri⁹ de re. iu.l.gaius. ff.de manu. Et sic ergo cum istud ius primogenitu re competat huic filio primogeniti sola transmissione ipsius primogeniti cum ex hoc capite suo non habeat. vt dictum supra.& ideo non non mirū si representatiue dicatur tm̄ obtinere ius priogeniture. ¶Sed aduerte q̄ huic consuetudini alique concordant in totum:alique discordant in totum:alique in parte cōcordant & in parte discordant. Concordat in primis Treceñ. cōsuetudo arti.xcij. Calnimontis arti.lxxix.Victriaca arti.lxvj.Carnotensis arti. xcj.Aurelianē.arti.ccxliij.&.ccxlix.Turo.arti. iij.de successio.feudo.Borbonen.articu.xij.in titu.de successio.Discordat autem consuetudo Meldensis articu.xcj. Ambianen.arti.xxxvij. nisi fuerit literis aut facto specialiter concessa. Item consuetudo Belliquercus artic.xvj. Alie autem consuetudines mixte videntur respectiue ad predictas.Meldensis articulo.xlj.quacauetur pro quādo sunt patrui aut auūculi succedit filius primogeniti sine iure primogenitu re.Cenomanensis autem consuetudo etiā ius primogeniture concedit sed non totaliter:quia non dat sibi mansionem principalem cum pertinentijs sed tm̄modo habet duos triētes feudorum quos haberet etiam suus pater cū mansione principali:vt habetur articu.ccxl. & huic Cenomanēsi consuetudini concordat Andegauensis vt etiam communiter in alijs in primogenitura statutis artic. ccxxiij. ¶Sed queritur an consuetudo nostra de rep̄sentatione tractās sit intelligenda tm̄ in hoc filio nepote & suo filio primogeniti:an vero eque intelligenda sit in pronepote abnepote & alijs inferioribus. Et videtur primo dicendū q̄ extendatur ad quoslibet descendentes:quia quando nō potest cōiecturari nisi vna ratio debet fieri extensio secūdū rationē cōiecturatam.Cy.in.l.nō dubiū. C.de legi.Bal.in.l. maximum vicium.C. de libe.preteri.Panor. in.c. cum inter.ij. colum.de elec.extra. Feli.ample in.c.translato in fi.de cōstitu. extra. Sed tm̄ hec vnica ratio coniectari potest de qua supra diximus:quia succedēs alicui censeri debet eiusdem qualitatis cuius est is cui succedit:ergo ex identitate rationis ad omnes descendentes extendi debet. Item pro hoc adduco glo.insti. de successio.liberto. in.§. nullum in verbo ad quintum gradum:vbi dicit glo.q̄ omnes descendentes sui patris loco succedunt per tex.in dicto.§.cum filius.& in auc ten.eo.titu.§.primo. ¶Sed in contrariū facit bonus textus in.§.huiusmodi in auctentico de heredi.ab intesta.venientibus:vbi dicitur q̄ representatio non extenditur extra personas nepotū.& per illū textū dixit Io. Fabri in di.§.cū filiꝰ q̄ ille.§.loquit in filijs filiorꝫ vel filiarū:sed non in pronepotibꝰ.& pro hoc adducit Specu. ita tenētem in titu.de successio.ab intesta.versicu.quid si aliquid. ¶Pro resolutione dic q̄ sequendo iuris communis dispositionem vsq; ad pronepotem debet habere locum representatio & nō vlterius per tex.in.§.fina.insti.de heredi.que ab intesta.per quem tex.ita tenet Ioā. Fabri. Ita etiam tenet Ange.de aret.in dicto.§. cū filius in tertio notabili per illū tex.ibi pronepotes in locum patris succedere.ex quo colligit q̄ ergo vsq; ad pronepotem quis succedit in locum patris & sic vlterius nō videtur permitti per.l.auunculo.C.communia de successio & Barto.in.l.j.§.si quis non.ff.de suis & legiti. Ita etiam ibi tenet Do. Iason in addi. ad Christophorū porcum. Nec obstāt supra adducta:quia non est identitas rationis in alijs:quia sic esset processus in infinitum.infinitas autem est vitā da.pro hoc facit bonus textus in capitulo. ij. de rescrip.in.vj. iuncta glo.ibi in verbo nullis: ad hoc colligit concordantes:quarum alique

Notabilis distinctio.

Cōcordia vel discordia aliarū cōsuetudinum.

Questio.

Infinitas ē vitanda.

bene propositio cõgruunt. signãter inquãtũ dicit q̃ heres nõ onerat̃ in infinitũ fideicõmissũ soluere. ff. de lega. iij. l. fideicõmissa. §. si quis de cẽ. imo etiã in materia fauorabilissima puta in relictis ꝓ redẽptione captiuoꝝ. l. vt inter diuinũ. C. de sacrosanc. eccle. & rõ ibi assignat̃ in fi. predicte glo. quia hec infinitas nihil habet honesti i auctẽ. de referẽda. ad fi. collatiõe. ij. & est canonib⁹ inimica. c. qñ in tantũ. de ꝓbẽ. extra. & de infinitate vitãda vide Bar. i. l. qui bona. §. fi. ff. de dã. infec. Bal. & cõiter docto. i. l. j. in pri. C. de sentẽ. ꝓ eo qđ interest. ¶ Pro ꝓfirmatiõe hui⁹ ꝓclusionis: q̃. s. vsq; ad ꝓnepotes tm̃ & sic vsq; ad duos grad⁹ fiat rep̃sentatio. adde in simili Ange. in. l. si finita. i pri. ff. de dã. infec. vbi dicit: q̃ si qs teneat̃ aliquẽ iudici rep̃sentare totiens quotiẽs voluerit nõ teneat̃ vltra bis. Itẽ dicit idẽ Ange. i. l. ij. §. qđ dicim⁹. ff. si quis cautio. q̃ volẽs ꝓbare impedimẽtũ per iuramẽtũ non põt nisi bis. ꝓ tex. singu. i. l. fi. ff. de bonis auctoritate iudi. possidẽ. Itẽ clausula q̃ totiẽs quotiẽs aliqd ꝓtra factũ fuerit cõmittat̃ pena intelligit̃ vsq; ad bis & nõ vltra. Bar. i. l. si duo. §. semel. ff. de arbi. Itẽ iudex reuocare põt interlocutoriã sed nõ nisi bis. Bar. i. l. qđ iussit. ff. de re iudi. Itẽ legatũ ꝓ ãnos itelligit̃ per duos. l. libertis. §. fi. ff. de manu. testa. Itẽ testes nõ reprobant̃ nisi bis c. licet. de testi. Itẽ ꝓbatio. per testes post publicatum processum potest tm̃ fieri bis. Bald. in. c. iurauit de proba. Exceptio excõmunicationis nõ opponit̃ nisi bis. c. pia. de excep. in. vj. Sic ergo in ꝓposito hec rep̃sentatio cõcedi debet tm̃ bis. i. vsq; ad secũdũ gradũ descẽdẽtium. Et ideo dicit Ange. in. d. §. cũ filij. q̃ glo. istitu. de succes. liberto. supra allegata est sic moderãda vsq; ad ꝓnepotes. Nec obstat tex. in. d. §. hmõi. quia Io. Fab. in. d. §. fi. insti. de heredi. q̃ ab intesta. defe. rñdet q̃ dispositio illi⁹ §. corrigit̃ per textũ illũ insti. vel secũdo q̃ ꝓcedit qñ pronepotes vellẽt venire ad successionẽ patruoꝝ cũ ascẽdẽtib⁹. Sec⁹ vbi agit̃ de successiõe ascẽdẽtis vt in ꝓposito. Et ita etiã dicit Ange. i. d. §. cũ filij⁹ post docto. i auctẽ. cessãte. C. de legit. heredi.

e ¶ In textu. ibi. si vero sint filie. In hac secunda parte huius articuli disponit de filiabus vtrum in his representatio locum habeat.

f ¶ In tex. ibi. representãt dictũ patrem. Et sic vult cõsuetudo q̃ quicquid hñt nepotes ex successione aui habẽt rep̃sentãdo patrẽ suum: nõ autẽ ex persona sua. de quo supra diximus.

Nepotes cũ patruis succedũt i stirpes & nõ i capita

g ¶ In tex. ibi. oẽs simul ꝓ vno capite. & partiũtur cũ patruis. & hoc est cõforme dispositioni iuris: quo cauet̃ q̃ nepotes succedũt cũ patruis in stirpes & nõ i capita. de quo est tex. i. d. §. cũ filij⁹. insti. de heredi. q̃ ab itesta. defe. Ratio ibi duplex assignat̃ per Christophorũ Porcum Prima. nã cũ admittant̃ vna cũ patruis eo quia succedũt in locũ pr̃is nõ pl⁹ sunt habituri q̃ eoꝝ pater si viueret. argu. l. si viua mr̃e. C. de bonis mater. Scda rõ. qa cũ admittãtur ex equitate ꝓtra pũcta iuris debet intelligi & moderari hec equitas ne ledat ius tertij. l. ij. §. merito. & §. si qs a principe. ff. ne quid in loco publico. Tertiã rõnem assignare possum⁹ & naturalẽ. Nã i causato nõ põt eẽ plus virtutis q̃ ꝓcedat ab influẽti potẽtia cause (vt ingt Phũs) ꝓ quo facit bon⁹ tex. in. c. j. §. hoc aũt notãdũ qui feuda dare possunt in vsib⁹ feudoꝝ. Bal. in. l. j. ff. de senatoribus. & ita ergo nõ possunt filij ex primogenito plus habere q̃ eoꝝ pater: adhuc filie minus vt dicẽt. & sic ergo succedũt in stirpes cũ patruis.

An nepotes inter se succedunt in stirpes vel in capita.

¶ Sed qd si sint tm̃ nepotes ex patruis an succedãt in stirpes vel in capita ipsi nepotes inter se. in capita appello ꝓut iura volũt & exponũt. id est scdm̃ nepotũ numerũ. vt est tex. formalis in auctentico de here. ab intesta. §. si vero neq; fres. & de hoc maxia est cõcertatio iter doctores qui hãc q̃stionẽ examinãt cõiter in aucten. cessante. C. de legiti. heredi. Et vt de hac q̃stione aliquid obiter delibem⁹.

Pria opio.

¶ Aduerte q̃ due fuerũt opiones pricipales in hac materia. Vna fuit Azo. qui tenuit q̃ veniũt in capita i auctẽtico de heredi. ab itesta. venie. §. si aũt defũcto. Hãc opinionẽ videt̃ sequi glo. in. d. auctẽ. cessante. & glo. isti. de legiti. agnato. success. §. hoc etiã. Hãc opinionẽ tenuit Iaco. Butri. in. d. aucten. cessante. ꝓ tex. i. l. lege. xij. tabu. C. de legiti heredi. & l. ij. §. hereditas de suis & legiti. ff. in quib⁹ est casus q̃ de iure ciuili. C. & ff. debẽt venire in capita. Hãc etiã opinionẽ Azo. tenet Salice. in. d. aucten. cessante. col. j. in fi. vbi dicit q̃ opinio Azo. videt̃ sibi fortiorib⁹ argumẽtis fundata: quia de iure. ffoꝝ. & C. succedunt inter se per capita: nec reperit̃ ius corrigẽs exp̃sse ergo nec corrigere debem⁹. & idẽ tenet in auctẽ. post fratres eo. ti. Et ita etiã tenet Ange. de Aretio. i dicto §. cũ filius. col. iij. vbi dicit q̃ credit hanc opinionẽ de iure veriorẽ. & mouet̃ vt Salice. supra adducẽs illd: q̃ ex tacito intellectu & subaudito nũq̃ a cõtrario sensu debẽt leges corrigi ꝓ glo. singularẽ in. c. cupiẽtes §. qđ si per. xx. de elec. in. vj. ꝓ qua glo. dicit se solitũ allegare tex. in. l. fi. §. filij⁹ aũt. C. de bo. eque liberis. iũcta lege penul. & fi. C. qui testa. facere possũt: & mouẽt oẽs tenẽtes hãc opinionẽ pricipaliter: quia hoc specialiter determinatur qñ succedũt cũ patruis vt succedãt in stirpes. in. §. cũ filius. ergo sec⁹ si sint iter se fili j fratrum sine patruis. & bona est

A ꝓtrario sensu non est inducẽda iurium correctio.

ratio differentie: quia qñ sunt patrui qui sunt proximiores in gradu nepotibus deberent nepotes excludere: sed ius eis ex priuilegio concedit ꝙ succedant in stirpes loco parentum: hec ratio cessat quando nulli sunt patrui: quia tunc ipsi succedunt & non in locum patris: & ita videtur numero successio diuidenda. Hanc rationem refert Bartolus in loco allegãdo .j. & Baldus in titulo de successione feudo. colũna secunda. & certe optime probatur in dicto .§. cum filius.

Secunda opinio.

¶ Secunda fuit opinio ꝙ non in capita sed in stirpes: & hanc opinionem tenuit glossator Accursius in .§. si autem defuncto. in auctentico de heredi. ab intesta. venien. per textum in .§. si vero. eodem titulo. & idem in. l. prima in fine. si pars heredi. petatur. ff. in verbo hereditatis. vbi tamen nihil allegat: sed in verbo vendicationem allegat innuens iura antiqua. C. & ff. correcta per illud auctenticum. vt ponderat ex illa glosa Barto. in. l. post consanguineos .§. hereditas. ff. de suis & legiti. Iacobus de bello. in dicto .§. si vero idem tenet per illum textum iuncto .§. illud. eodem titulo. vbi dicitur ꝙ filij fratrum succedentes sunt loco parentũ suorum. & ita ergo debent succedere in stirpes secundum diuersos parentes. Item quia textus in auctentica post fratres. C. de legiti. heredi. dicit post fratres fratrumq; filios ceteri vocantur in capita: ergo fratrum filij in stirpes sunt vocãdi. Ita tenuit Dy. & Cynus in dicta auctentica cessante. ¶ Hanc opinionem tenuit Bartolus in. d. l. post cõsanguineos .§. hereditas. ff. de suis & legiti. vbi dicit ꝙ cum de facto hec questio occurrisset non discessit ab opinione glossatoris: immo dicit eam tenuisse tanq̃ veram: & ita consuluisse in ciuitate Assisij: & eius consilium (vt dicit Alexan. in additio. ad Bartolum) incipit super hereditate dñi Nicolai. & cetera mouetur primo per textum in dicto .§. si vero neq; fratres. Secundo per textum in dicto .§. illud inductũ. vt supra per Iacobum de Bell. Tertio quia alias sequeretur hoc inconueniẽs ꝙ scilicet etiã si sit vnus patruus cũ eo habeãt nepotes succedere in stirpes: & tũ inter nepotes fieret diuisio i capita: quod falsum est: quia quilibet est euocandus pro ea parte quam pater haberet si viueret. ¶ Cũ hac opiniõe tenuit Baldus in titulo de successio. feudo. columna secunda. dicens ꝙ nepotes succedunt loco patrum suorum: nec distinguitur an soli an cum patruis: ergo nec nos distinguere debemus. l. finali .§. si autem. C. de cadu. tollen. pro hoc est textus in. l. de precio. ff. de publi. in rem. actio. & extra. capitulo ad audientiam de dec. Hanc etiam opinionem tenuit idem Baldus capitulo primo de natura. successio. feudo. & capitulo primo .§. possunt. & capitulo primo de gradi. successio. in feud. & .l. secunda. C. de suis & legiti. Hanc opinionẽ tenuit etiam Franciscus de Ramponibus in dicta autentica cessante. & Mattheus Mathesilanus in tractatu de successio. ab intesta. in versicu. secundo dubitatur. vbi appellat hanc opinionem communem. & hos refert Ange. de Areti. in. d. §. cũ filius. in fine. Cum hac opinione residere videtur Ioannes Fabri in .§. ceterum insti. de legi. agnato. successio. dicens eam esse communem.

Resolutio

¶ Quid dicendum? certe credo ꝙ prima pars sit de iure verior. Tum primo. quia vitanda est iurium correctio. argu. capitulo cum expediat. de elec. in sexto. & promptum est iura iuribus concordare. l. prima. C. de inoffi. dotibus. Item secundo. quia in dubijs pars equior est amplectenda. l. quod si Ephesi. in fine. de eo ꝙ certo loco. pro hoc adduco textum elegantem Pauli. in. l. & Athilicinus. ff. de serui. rusti. predio. vbi dicit. quorum mihi postulatio cum non iniqua visa est succurrendum disputaui. ꝙ hec pars sit equior adduco Salicetum formaliter dicentem in dicta auctentica cessante. columna secũda. vbi licet in probabilitate opinionum teneri possit pro secunda opinione: tamen ad finem subiungit ꝙ prima si bene põderetur est equior: pone enim (dicit ipse) ꝙ ex vno fratre sit vnicus filius: ex alio quinq; non enim est equum illum vnum tantum habere quantum alios quinq;: cum omnes sint defuncto pariter coniuncti & in pari gradu. & ideo singulariter & non sine ratione dicit Salicetus in. l. secunda. C. de senten. que sine certa quãtita. proferun. ꝙ qui nescit equitare teneat se super azonem.

Nota pro glia Azonis.

¶ Item facit optime textus in dicto .§. cum filius. vbi text9 dicit. & quia placuit nepotes neptes ve. Item pronepotes proneptes ve in patris sui locum succedere cum patruis scilicet vt supra erat determinatum: subiungit tex. conueniens visum est non in capita sed in stirpes hereditatem diuidi: vt scilicet qui in vno granatur in alio releuetur: sic quando nullus est in gradu cessat hec ratio; ergo cessare debet dispositio capitulo cum cessante de appella. l. quod dictum. ff. de pac.

¶ Item quia successiones sunt ampliande potius q̃ constringende. glosa multum singularis

in auctē. de heredi. ab intesta. venien. §. isti vero neq; in verbo si vero in fine. & sine mendicatis suffragijs dico esse tex. apertissimum. & in grossis litteris in eo. auctē §. si autem plurimi. vbi dicit text. si autem plurimi eiusdem gradus inueniantur secūdum personarum numerum inter eos diuidatur hereditas quod in capita nostre leges appellant. Ita formaliter dicit ille textus qui calumniari non potest: & si quis velit rem obscurare ex eis que habentur paulo ante illum §. si autem. Respōde vt Iacobus Butrigarius. & Salicetus post eum in dict. auctē. cessante. & Angelus & Aretinus in dicto §. cum filius columna secunda. Tamen audiui secus seruari de consuedine in his partib⁹: miror tamen quia non capite patrum sed ex suo proprio venit hoc casu quilibet nepotum & in equalitate gradus.

h ¶ In textu. ibi. sine iure primogeniture: & sic hac consuetudine filia primogeniti nō succedit auo patrem representando in iure primogeniture. Et pro hac consuetudine vide in indiuiduo Ioannem Fabri in §. ceterum insti. de legiti. agnato. succes. in fine. vbi dicit ita cōmuniter seruari in hoc regno. & hoc dicit iuri consonū. Concordat huic Parisiensi Meldeñ. articulo quadragesimo primo. Calui mōtis articulo septuagesimo nono. Trecensis articulo nonagesimo secundo. vult tamen illa cōsuetudo ꝙ hoc habeat tantum quantum quilibet patruorum licet alias eadem cōsuetudine due filie non accipiant nisi tantum quantum vnus filius: & idem prorsus habet consuetudo Victriaca articulo sexagesimo sexto. Sed huic cōsuetudini discordare videntur Aurelianensis articulo. ccxlix. Cenomanensis. ccxl. articulo. Andegauensis articulo. ccxxij. &. ccxxiij. Turonensis articulo. cccxv. &. xvj. in titu. de successio. feudorum. Pictauensis articulo. cxxvij. Et ita secundum consuetudinem Parisiensem multum fauetur sexui masculino & femineo detrahitur. rationem elicere potes ex dictis in primo libro questione vigesima.

Cōcordia vel discordia aliarū cōsuetudinum.

¶ Hi sunt articuli qui nostra parisiensi consuetudine de primogenitura verba faciunt. Ceterum rogo & supplex obsecro lectores vt si in consuetudinum diuersarum relatione quicquid forsan min⁹ tersum elaboratūq; extiterit/ benigna frōte recognoscāt: hoc quippe cōmune est omnibus humane fragilitatis malum nōnunq; cecutire. l. tanta §. si quid autem. C. de veter. iure enucle. glosa in capitulo nisi cum pridem. de renun. extra in verbo pauci. perspicacior tutiorq; est vt aiunt) plurium censura & acies q̄ scribentis solius & singularis.

¶ Questio Quinta.

¶ Vtrum filius primogenitus habēs maiorem portionem in hereditate patris aut matris ratione primogenitu re teneatur eorum creditoribus maiorem partem debitorum exoluere.



Hec questio pulchra est: & quotidie occurrere potest prout nouissime eā in facti contingentia vidimus: & quoniam eam nusq̄ antea tractatam reperimus breuibus expediemus arguēdo in partes vt altioribus posthac ingenijs altius perscrutandi detur occasio.

¶ Imprimis ergo videtur dicendum ꝙ non teneatur primogenitus ad maiorem partem debitorum exoluendam per. l. primam. C. si cer. peta. que videtur quasi in hac questione securim ad radicem ponere: ibi enim probat tex. ꝙ si quis heredum vltra portionem hereditariam habeat aliquod prelegatum: non tamen tenetur ad maiorem partem debitorum: hec enim sunt verba tex. neq; equam neq; vsitatā rē desideras vt es alienū patris tui nō ꝓ portionibus hereditarijs exoluatis tu & frater tuus coheres sed pro estimatione rerum prelegatarum: cum sit explorati iuris hereditaria onera ad sctiptos heredes pro portionibus hereditarijs non pro modo emolumēti pertinere: &c. & ita ergo licet vnus ex filijs aut donatione testatoris aut consuetudine maius habeat emolumentum non tamen est inferendum ꝙ ad maiorem portionem eris alieni teneatur: quia non pro modo emolumenti & vt in tex. supra. Pro parte negatiua.

¶ Item secundo quia quod ad compendium constitutio introduxit non debet ad dispendiū pertrahi. capitulo quod nonnullis. de priuileg. extra. & capitulo finali. eodem titulo. capitulo quod ob gratiam. de regu. iur. in sexto. & ideo dicit textus. in. l. quod fauore. C. de legi. quod fauore quorumdam constitutum est quibus in casibus ad lesionem eorum nolumus inuentum videri & maxime quando fauor lege siue consuetudine introducitur. iuuari Introductū ad cōpendiū nō debet ad dispendiū pertrahi.

etenim nos beneficio legis oportet non decipi c vno de commoda.extra.

Pro parte affirmatiua.

¶In contrarium arguitur per.l. si merces .§. vis maior.ff.loca.vbi dicit textus in versiculo alioquin.alioquin modicū damnū equo animo ferre debet cui modicum lucrum nō aufertur. Cum ergo propter debita patris non diminuatur primogenito prerogatiua sibi consuetudine competens nō debet igitur modicum damnum respuere:nec enim ferendus est is qui lucrum amplectitur & onus ei annexum subire recusat.l.j.§.proſecundo.C.de cadu.tollen.

¶Item quia duplicato emolumento duplicandum est onus.argu.l. j.§. si coheredes. ff. ad.l. falci.per quem textum dicit And.Barba.in additionibus ad Baldum in titulo de prohibi.feudo. aliena. per Fede .in vsi.feudo.§. preterea ducatus in verbo in nouella. q̄ si sint duo filij simul & insolidum comites in vno comitatu/ & vnus eorum efficiatur proditor regis alteri totus comitatus accedet: quia quod non potest diuidi per contractum non potest diuidi per delictum. argumē. ff. de iudi. l. omnem. sed feudum istud comitatus non debet emi presertim a principe: quia non debet esse auarus aut venalis: & ita hoc tātū erit q̄ alter cui altera pars accrescit tenebitur ad maius seruitium per dictum .§. si coheredes. vt ex duplicato emolumento sequatur oneris duplicatio: sic videtur in proposito nostro.

Quod nō diuiditur per cōtractū nō diuiditur p delictum.

¶Item quia pro portionibus hereditarijs debent debita exolui .l. pro hereditarijs .C. de heredi.vel actio.vendi.sed sic est q̄ illud quod habet filius primogenitus vltra alios habet iure hereditario: qd̄ satis probat consuetudo inquantum supra exprimendo prerogatiuam primogeniti loquitur de venientibus ad successionem: & sic in qualitate heredis id habent primogeniti cum si heredes non essent eam nō cōsequerentur prerogatiuam.

Resolutio

¶Pro resolutione.Credo q̄ pars hec secunda sit verior: saluo tamen meliori iudicio: & pro hac parte adduco textum quasi formalem in.l.prima.C. de anno. & tribu. libro decimo. vbi ad litteram dicit text. es quidem alienum pro portionibus: ex qua quisq; defuncto heres extiterit prestare oportet: & per illum textum dicit ibi Bartolus. q̄ onus eris alieni est personale: & ita inter heredes pro portionibus hereditarijs diuidi debet. Item etiam si nullius esset textus iuris satis pro hac parte concluderet ratio naturalis q̄ qui in vno grauatur in alio releuari debet. pro qua est

Invno grauat⁹ i alio

textus. & ibi glo. in.l. eum qui in verbo probandi. ff. de iureiuran. cum allega. ibi in glosa. ex quo etenim filij natiuitate posteriores grauantur prerogatiua concessa primogenito:humanissimum est & iustissimum vt in alio releuentur: puta in solutione eris alieni. releuari debet.

¶Nec obstāt supra in partem contrariam adducta. Primo non obstat.l. j. C. de rebus credi. per quam audiui quosdam antiquos supreme curie patronos casu in consultationem relato contrariam partem tenuisse: quia si bene consideretur ille tex. nihil facit:immo potius firmaret secundam partem. textus enim ille loquitur quando aliquis ex heredibus vltra hereditariā portionē haberet aliquod prelegatum prout de iure habere potest:quia tūc dicit ille tex. ratione prelegati in plus teneri non debet pro persoluēdo ere alieno: hic autē nō est similis casus:quia quod habet primogenitus non iure prelegati sed iure hereditario consequitur: vt supra diximus. Multum autem interest aliquid habere iure hereditario vel iure prelegati: nam prelegata accipiuntur etiam hereditate nō adita. Bartolus in.l.si patroni.§.sed nec illud.ff.ad trebel.per.l. qui filiabus .§. filio.ff. de lega.primo. Item prelegatum si euincatur non tenetur heres.l.cum pater .§. euictis.ff.de lega.secundo. Item vbi heres est indignus & tenetur fisco restituere hereditatem tamen non tenetur prelegata restituere.textus ad hoc reputatus singula.in.l.eū qui .§. pro parte.ff.de his quibus vt indig. Ita formaliter Baldus in.l.cum virum.secunda columna.versiculo quero nunquid prelegata. C. de fideiuſ. Item repudianti filio hereditatem paternam:tamen prelegata debentur.l.filio pater.ff.de lega.primo. etiam si sit emancipatus filius.l.nam nec emancipatus.ff.eo. titu. & ita ergo videmus plurimū differre aliquid habere iure prelegati aut hereditario.& ita ille tex.l. j.nihil prorsus faceret in proposito. Item quia consuetudo volens nihil posse relinqui iure prelegati:sed tm̄ iure hereditario specialem fecit articulum in titulo de succeſſ.articulo secundo. vbi expresse dicit q̄ non potest quis esse heres & prelegatarius:& ita ergo quod habet primogenitus(ex quo formaliter resistit consuetudo)non potest consequi iure prelegati:nō potest quidem & sic impossibile est:quia dictio potest negatiue posita necessitatem importat. glo.in regu.prima de regu.iur.in sexto. in verbo non potest. Item & q̄ id quod habet filius primogenitus iure hereditario sibi competat

Prelegata ab heredis tate differunt.

De verbo nō potest.

generaliter.ff. de lega. prestan. maxime quia consuetudo vel statutum intelligi debet scdm ius cõmune.l.ij.C.de noxa.actio:& ita ergo cũ ius cõe patrẽ & matrẽ respectiue ad filium ad imparia non iudicet:nec nos iudicare debem⁹. & certe hec pars videtur magis amica veritati: probabiliter tamen vnaquęq; pars disputando teneri potest.

Consuetudo debet intelligi secundũ ius cõmune.

¶Questio Septima.

¶Vtrum prerogatiua iuris primogeniture cõsuetudinarij extendatur ad bona extra territorium cõsuetudinis sita in bonis imobilibus.

Vidimus in precedentib⁹ diuersas esse consuetudines in iure primogeniture scdm prouinciarũ diuersitatem: ideo aliqua exoriũtur dubia in presenti decidẽda que sunt plurime vtilitatis.

¶Queritur ergo. Ponamus q̃ consuetudine Francie in aliqua prouincia magna detur primogenito prerogatiua:& ex cõsuetudine alterius prouincie:puta Anglie aut Lõbardie:nulla aut saltem modica detur:hoc supposito. Si paterfamilias moriatur in Francia vbi partem bonorum habebat:alteram in Anglia aut Lõgobardia:vtrũ primogenitus istius patrisfamilias equale ius primogeniture in omnibus bonis istius patris commorãtis in Francia etiam in bonis Anglie aut Lõgobardie:vel diuersam primogeniture prerogatiuam scdm diuersitatem consuetudinum locorum aut prouinciarũ vbi bona sunt sita. ¶Doctores multifarie de hac questione locuti sunt. Multi intricate satis: pauci stylo aperto & claro totalẽ huius q̃stionis difficultatẽ decidunt. Idcirco vt dilucidi⁹ expediatur hec difficultas hoc ordine pcedemus. Primo de bonis immobilibus. Secũdo de mobilib⁹. Tertia de mixta bonor̃ specie: puta de nominibus & actionib⁹ diuisim & singulariter disseremus. Imprimis quantum ad bona imobilia fuit diuersitas opinionum.

¶Petrus de Bella pertica in repetitio.l. cũctos populos.C.de summa.trini.& fide catho.hanc questionem mouet:& ibi refert q̃ docto.communiter dicunt diuidenda bona diuersimode scdm locorum diuersitatem & consuetudinũ: ita q̃ in bonis sitis in loco vbi consuetudo dat prerogatiuam primogenitis ea vtetur primogenitus:in aliis vbi non:fiet equalis diuisio inter fratres.& ad hoc adducitur tex.in.l.pupillo. ff.de tuto.& curato.da.ab his.Sed Petrus dicit hanc resolutionem esse veram vbi consuetudo est realis:quia talis ligat res non inspecta persona:secus si personalis argu.l.j.C.de mulie.& in quo loco libro decimo.& nihil aliud dicit.

Petrus de bella pertica.

¶Albericus de Rosate in questionibus statutorum.q.xlvij.dicebat esse attendẽdam originem eius de cuius successione agitur inducens ad questionem.Si consuetudo est citra montes q̃ primogenit⁹ cũ prerogatiua succedat:vltra montes autẽ equaliter:nunquid primogenitus equaliter succedet & in bonis citramontanis & vltramontanis. Et licet referat opinionem q̃ inspicienda sit consuetudo loci in quo bona situantur:tamen dicit se credere opinionẽ Cyni esse veriorem q̃ non debeat attendi ad bona sed ad personam:an decedens sit origine & domicilio citromontanus:tunc in omnibus consideretur consuetudo citramõtana:si vltramõtanus vltramontana:& sic dicit non considerãda esse bona sed personas. Idem tenuit Albericus de Rosa.in dic.l. cunctos populos col. vij.per.l.nulli.C. de episco.& cle.& sequit̃ Ludo.de Roma.consi.cccix. Idem pro hac parte potest hoc fieri fundamẽtũ:quia in eo loco videtur quasi contractus factus inter defunctũ & heredem.l.iulianũ.ff.ex qui.cau.i possessio. ea.de actio.& obligatio.l.ex maleficijs.§.heres & institu.de obliga.que ex quasi contrac.§.si heres. Vide bo.glo.in.l.his consequenter.§.sed cum monumentum.ff.familie herciscunde in ver.prescriptis verbis:sed sic est q̃ ad validitatem contractus cõsideratur locus contractus.l. si fundus.ff.de euictio. Ita ad translationẽ successionis bonorum vbicunq; sint sita.

Albericus de rosate.

¶Iacobus Butrigarius in dic.l.cunctos populos.col.iij.ibi. Item quero:hanc questionẽ mouet in terminis equipollẽtibus :ibi querit.quidam decessit intestatus:& statutum huius ciuitatis vocat quosdam agnatos ad successionem & statutum loci originis defuncti vocat alios & vbiq; bona habet immobilia: que consuetudo aut statutum in apprehẽsione istorum bonor̃ sit considerandum. Et se resoluit post argumẽta in vtramq; partẽ:q̃ considerandus est locus vbi mortuus est ille de cuius successione agitur quia sicut testator moriens faciendo testamẽtum expresse cõfert heredibus bona :ita decedens intestatus tacite confert in successores ab intestato.l.conficiuntur.ff.de iure codicillo.l.j. §.fina.ff.de lega.iij. Modo sic est q̃ si fecissent testamentum considerare mus locum testamẽti.l.ij.§.quẽadmodũ testamenta aperiantur :ergo idem quando ab intestato decessit considerabim⁹ locum vbi discessit:& ibi videtur bona cõferre & de bonis suis disponere:ita q̃ appre-

Iacob⁹ Butrigarius.

Iacob⁹ de Rauenna. Guillelm⁹ Cynus.

hensio bonorum regulabitur scđm cõsuetudinis illius loci. ¶ Alij vt Iacobus de Rauenna/ Guillermus/ & Cynus tenuerũt q̃ sit inspicięda q̃suetudo singularis cuiuslibet loci: & scđm diuersitatem cõsuetudinis bona in diuersis locis existentia diuidenda esse. argu. l. pupillo. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Idem tenet Bal. in eadem. l. col. x. inferens post predictos q̃ si pater defunct⁹ habet bona in Frãcia & Italia primogenitus in regno succedet scđm legẽ & consuetudinem Francorum: sed in Italia bonis filij equaliter succedent. Nec obstat dicit ipse q̃ non testando videtur testari: nam ista est quedã fictio que non infert titulum testati: vt nota in simi. in. l. lucius. ff. de hered. instit. Sed Salicet⁹ hãc opinionẽ reprehendit dicens q̃ non est tuta: quia consuetudo non ligaret ibi domiciliũ nõ habentem: que ratio fuit Bal. ¶ Ideo Bar. erat in alia opinione: vt scilicet distingueremꝰ. Aut verba statuti disponũt circa rem vt per hec verba bona decedentium veniant in primogenitum: & tũc de omnibus bonis iudicat scđm cõsuetudinẽ & statutum vbi res sunt situate: quia cum statutum sit in rem scriptũ afficit rem sui territorij siue possideãtur a ciue siue a forensi & non res positas extra territorium statuentis argu. l. an in totum. C. de edificijs priuat̃. ff. de muneri. & honori. l. rescripto in fine. Et ita seruanda est in diuisionẽ bonorum cõsuetudo cuiuslibet singularis loci. Aut verba statuti seu cõsuetudinis disponunt circa personam: videlicet q̃ primogenitus defuncti succedat in bonis: & tunc tale statutum non ligat habentem ibi bona si non ibi: sed alibi domicilium habet. argumẽ. l j. ff. de tuto. & curato. datis ab his. Ita tenet Calde. consi. xxxiiij. sub titu. de testa. subiungens q̃ si defunctus haberet domiciliũ & bona alibi: tunc succederet in bonis alibi sitis: & vbi sunt bona distribuerentur aut diuiderentur scđm statutum illius ciuitatis: sed potiꝰ scđm statutum & consuetudinem ciuitatis: vbi habet domiciliũ: quia ciuitas sua põt afficere subditũ suũ respectu rerum in alieno territorio existentiũ: vt patet in collecta: que potest imponi ciui etiam pro bonis que possidet in alieno territorio: licet imponatur p̃ rebus. d. l. rescripto. §. finali. iũcta glo. ff. de muneri. & hono. & l. mulierum. §. patrimoniũ. eo titu. nota. sup Rub. de muneri. patrimo. Et per hoc cõsuluit q̃ stante statuto Ferrariensi quo cauetur q̃ extantibus masculis femine non succedant si paterfamilias habebat bona Padue Ferrarie & Venetijs q̃ filie istius excludãtur: nedum a bonis Ferrarie: sed etiã ab alijs alibi sitis: quia hereditas nõ concernit locum: sed est successio in vniuersum ius. l. hereditas. ff. de regu. iu. Cum ergo per dictum statutum femine excludãtur a successiõe vniuersali ergo hec exclusio intelligenda est in quocunq; loco bona consistant: sicut al's interdictio facta a iudice extẽditur ad quẽcũq; locum. l. is cui. ff. de testa. & l. is cui. ff. de verbo. obliga. Circa quã q̃stionẽ latiꝰ loquitur Franciscus de Ramponibus: cuius consiliũ inseritur post illud Calde. qđ videas. ¶ Sed Salicetus in dic. l. cunctos populos. col. vj. dicit q̃ licet aliquando fuerit secutus opinionem Barto. tñ sibi placuisse tũc aliter dicere hoc mõ distiguẽdo. Aut Parisiẽsis origie decessit in Anglia aut i ciuitate originaria: si in Anglia/ aut vt peregrinus & aduena: & tunc statutum aut cõsuetudo originis a qua non recessit. sed scđm illam voluit viuere & mori debet attendi: ad hoc facit bo. tex. in. l. oñs peregrini. C. cõmunia de successio. tuto. aut decessit in Angliavt ciuis & incola ibi domicilium habens: & in isto casu dicit q̃ consuetudo cuiuslibet loci debet cõsiderari: scilicet Anglicana in Anglicis bonis: Parisiẽsis in bonis sitis in territorio Parisiẽn. argu. l. incola. ff. de muneri. & hono. & l. rescripto §. fina. ff. eo. titu. Ratio: quia consuetudo ligat forensem ibi domicilium habentem. Item quia tunc defunctus fingitur duplex homo: scilicet Parisiensis ratione originis quam sibi mutare non potuit. Et Anglicus ratione ciuitatis adepte. per. l. ciuis. C. de inco. lib. x. Ideo ex eius tacita voluntate consuetudo Parisiensis est seruanda in bonis Parisiensibus: & Anglicana in Anglicanis propter domicilium acquisitũ ibi: vt supra dictum est: & ponit exemplum de. l. si arrogator. ff. de adoptio. vbi dicitur de pupillo arrogato: cui a patre naturali datus est vnꝰ substitutus: & ab arrogatore datus est alius fingitur duplex homo hic pupillꝰ vt habet duos patres: & ideo in bonis prouentis ab vno succedit substitutus ab alio in alijs succedit substitutꝰ ab alio. Aut Parisiensis iste decessit in sua ciuitate originaria: nec in alia ciuitate domicilium habebat licet alibi bona haberet: q̃is dicit ipse dubium sit arduũ tamen tenet q̃ in omnibus bonis istius defuncti sit seruãdum statutum siue seruanda consuetudo loci originis in quo moritur: & scđm illam iudicari & non scđm cõsuetudinem vbi sunt sita. & pro hoc adducit aliquas rationes. Primo quia ex quo defunctus domicilium non mutauit scđm legem & cõsuetudinem eius videtur voluisse mori iuris presumptione: & ad illũ ab intestato sua bona peruenirent ad quem lex sue originis disponit: vt

Bartolus.

De impositione collecte.

Salicetus.

tenuit.Oldra.consilio nonagesimo tertio.& Albericus post eum in prohemio Digestorum.vbi expresse vult q̄ non potest filius primogenitus regis repudiare hereditatem paternam:& amplecti regnum quod sibi debetur iure primogeniture.ad hoc vide Martinum de Carrazijs in suo epitomate de primogenitura ad finem. vbi idem dicit & respondet obiecto aliquorū dicētium q̄ istud ius primogeniture cōpetit ex prouidentia superioris vel ex consuetudine:ergo non defertur iure hereditario. Respōdet dando instantiā:nā feudū de iure debet ex prouidentia superioris.c.j.§.cum vero qui feu. dare possunt. & tamen defertur iure hereditario.c.j.de succes.feu.& de hoc dicemus infra libro tertio questione secūda:& sic igitur cū prerogatiua iuris primogeniture competat iure hereditario sequitur infallibiliter:ergo filius primogenit⁹ tenetur ad maiorem partem eris alieni:alias non fieret diuisio pro portionibus hereditarijs.Nec obstat q̄ id quod est introductum ad fauorem non debet in lesionē retorqueri. Respondeq̄ per hoc nulla sequitur lesio:nulla iniuria ipsi primogenito fit:qui etenī iure publico vtitur non videtur iniurie faciendo causa hoc facere:iuris enim executio nō habet iniuriam.l.iniuriarum in princi. ff. de iniu. nec mirandum est si quis querat quod suum est.c.nosse.lxiij.disti.cum ergo de iure ita sit q̄ scilicet pro hereditarijs portionibus debeat es alienum persolui ideo conqueri non potest primogenitus.

¶Questio Sexta.

¶Vtrum circūscripta consuetudine primogenitus cōsequi debeat ius primogeniture in hereditate patris & matris.

Circa ius primogeniture diuerse sunt consuetudines:vt supra diximus. Alique hoc ius dant in hereditate patris & matris:alique in hereditate tm̄ patris:alique nihil prorsus determinant:sed tm̄ dicunt primogenito ius primogeniture cōpetere:& tunc hoc casu quando sic generalis est consuetudo circa ius primogeniture an debeat cōpetere in successione tm̄ patris vel in successione patris & matris, bona est questio.

¶Hanc questionem nō vidi per aliquem motam:& ideo pro elucidatiōe eius opponam solito de more meo in partes.

¶Imprimis videtur q̄ in successione alterius tm̄ cōsequi debeat:probatur:quia simplex sermo puta q̄ primogenitus habeat talem prerogatiuam debet intelligi pro prima vice & pro vna successione & non pro duabus.pro hoc videture esse bonus textus in.l. boues §.hoc sermone.ff. de verborum significatione. vbi habetur q̄ si alicui mulieri legētur centum dum nupta erit intelligitur de primis nuptijs & non de duabus:etiam si contingeret hanc mulierē secundo nubere. hinc dicit Baldus in capitulo presentata.columna quarta de testi. q̄ facultas data patribus concilij generalis de eligendo locum concilio intelligitur de prima electione. Item facultas alicui concessa intrandi religionem monialium expirat per vnum actum siue per primum ingressum Albericus in secunda parte statu.questione.clxxxj. Item potestas arbitrandi cōcessa intelligitur pro prima vice Bald.in.l.si vt proponis.j.ad finem.C.quomodo & quando iudex.vbi allegat Innocen.in capitulo veniens de iureiuran. & idem de potestate data arbitris de prorogando terminum. Specu.in titulo de arbi.§.excipitur. versiculo sed quid si fuerit actum. Baldus in capitulo finali. decima columna de consue. & capitulo olim de rescrip. Itē si fuerit ptās alicui subdiacono data contrahendi matrimonium cōtemplatione certe mulieris:& tunc ille non poterit contrahere nisi cum illa & non cum alia scdm Phi. Franc. in capi.j. de filijs presby. in sexto adducens tex.in.l. matrimonij. ff.de ritu nup. Item promittens dare fructus alicuius fundi liberatur soluendo primum fructum etiam si fundus bis fructificet.Bal.in.l.diuortio.§.quod in anno.ff.solu.matrimo.vbi dicit ita fuisse disputatum citra montes.& ita ibi sequitur Imo. per dictum.§.hoc sermone:immo dicit Domi. post Archidia.in capitulo si propter.octaua colum.de rescrip.q̄ si primi fructus sint fere inutiles tamen primos fructus soluendo liberabi tur:& ita videtur in proposito q̄ primogenitus accipiendo ius primogeniture in altera successione debeat esse contentus:esto q̄ primo successio sit minus pregnans q̄ secunda per predicta.& de his & consimilibus vide Felinum late in capitulo innouamus. de treuga & pace extra. & Rochum de Curte in suo tractatu de iure patrona. in verbo honorificum questione decima, vbi tractat an patronus laicus

Pro parte negatiua.

Nota pro simplici sermone.

pluries variare possit: & ibi tandem concludit q̃ tm̃ semel variare potest: contra glo. in cle. si plures de iure patro. sic ergo in proposito videtur dicendum.

¶ Item secundo: quia primogenitus hanc prerogatiuam consequitur tm̃ ex priuilegio specialiter concesso primogenitis: & ita debet stricte intelligi istud priuilegium: imo strictissime ex quo venit in preiudicium posteriorũ filiorum per glo. in. c. fi. de transla. prelato. &. c. dudum. de priuilegijs extra. de hoc vide Sozi. pisi. ccxlvj colum. sexta. versi. qm̃ ad hoc respondetur. & vide eundem Sozi. consi. cclxviij. colum. fi. ad prin. vbi dicit q̃ priuilegium interpretari & restringi debet inquãtum fieri potest vt minus ledat ius tertij. per. c. ex tuarũ de vsu & aucto. pallij no. Archi. in. c. licet. viij. q. ij. Panor. in. c. certificari de sepultu. Gemi. in. c. eos §. primo de tempo. ordi. libro. vj. Pe. de ancha. cõsi. clxj. incipiente viso diligenter. Oldra cõsi. cclxviij. imo aliquando impropriantur verba ne preiudicetur tertio. c. super eo de officio delega. extra. Cardi. cõsi. lxv. immo dicit idem Cardina. in cle. j. de testa. post glo. questione sexta. quod priuilegium etiam ex identitate rationis extẽdendum non est.

Priuilegiũ est stricte intelligendum.

¶ Item tertio: quia duo specialia circa idem cõcurrere nõ debent. l. j. in fi. cum glo. C. de dotis promissione. glo. in. l. cum post §. gener. ff. de iure dotium. glo. in cle. j. in §. sane i verbo assertionibus de foro competẽ. facit tex. in. l. si quis rem. & ibi Barto. ff. de pollicita. iuncta. l. fi. C. de sacrosanc. eccle. modo si priuilegium istud primogeniture extenderetur ad successionem patris & matris cõcurrerẽt duo specialia ergo. &c. & ideo dicit Bald. in. l. j. ad fi. C. quando liceat ab emptione discedere: q̃ rescripta & priuilegia principum non valent si cõtineant duo specialia per. c. ij. de filijs p̃sbyte. in sexto. &. c. non potest §. fi. de preben. in sexto. & pro hoc dicit sepe allegari di. l. primam. C. de dotis promissione in curia regum. vide post Bald. dominũ Iaso. ita referentem in. l. si is quis qui pro emptore. ff. de vsucapio. colum. penul. in fi. vbi etiam ad hoc adducit Bal. in. l. fina. in secunda columna. ff. de constitu. princi. dicentem q̃ beneficia principum sic debent intellligi & interpretari q̃ non contineant duo specialia: quia licet vna dispẽsatio sit fauorabilis aliquãdo: plures tamen sunt odiose. l. si quando. C. de inoffi. testa. sic in proposito licet forsan videretur fauorabile q̃ primogenitus prerogatiuã habeat in vna successione esset tamen odiosum q̃ in duabus successionibus.

Duo specialia circa idẽ nõ debẽt cõcurrere.

¶ Sed in contrarium q̃ immo debeat habere in vtraq; successione primo sic probatur: nam priuilegium equipollet nature. Bald. in. l. siue possidetis. colum. ij. versi. ij. quero. C. de proba. post Ioan. Aud. in. c. fi. de cõsue. in sexto in nouella. modo sic est q̃ naturaliter succedit primogenit⁹ patri & matri equaliter: vt. l. scripto. in fi. ff. vnde liberi. vbi dicit tex. non sic parentibus liberorum vt liberis parentum debetur hereditas: cum parentes ad bona liberorũ ratio miserationis admittit: liberos nature simul & parẽtum cõmune votum. cum ergo naturaliter vocetur primogenitus ad successionẽ parentũ: & sic patris & matris conformiter: ita q̃ ex priuilegio venit ad pinguiorem successionẽ debet similiter venire conformiter in vtraq; successione: vt ars imitetur naturam.

Pro parte affirmatiua.

Priuilegiũ equipollet nature.

¶ Item secundo: licet priuilegium non sit ampliandum regulariter tamen non est etiam absurde interpretandum. l. ij. & ibi. Bald. C. de legi. Alex. in. l. beneficium. ff. de constitu. principum. sed si nos potius intelligeremus in vna successione q̃ in alia resultaret absurditas: quia pater & mater correlatiua sunt: vt certum est: & ita quod de vno dicitur de reliquo etiam dispo- ni debet: maxime cum sit vtriusq; parentis idẽ respectus correlationis in filios. & pro hoc vide Do. Iaso. in. l. non tm̃. ff. de re iudi. circa prici. vbi dicit post Rapha. Comensem q̃ priuilegium singulariter cõcessum extenditur ad aliũ ratione correlationis per. l. fi. ff. de acceptilationibus: &. l. fi. ff. de iudic. vidui. tollen. & subiungit Do. Iason. vbi supra q̃ nedum in materia priuilegiatiua ratione correlationis fit extẽsio: immo etiam in materia correctoria & penali in qua odiosa est extensio: quod late prosequitur vt videre potes ibi per eum. & per eundem in dicta. l. fi. C. de iudic. vidui. tollen. & Feli. in salu. decre. colum. j. ij. &. iij. & his adde dictũ Bal. in. l. cum te. C. si cer. petatur. vbi dicit q̃ regula correlatiuorum est regula parium per. l. iulian⁹ §. si procurator. in fi. ff. de actio. empt. Adde etiam duas glosas: vnam quasi formalẽ in proposito in. c. cum in inhib. de clandesti. despon. ad prin. vbi fortius vult esse monstrum diuersimode statuere i patre & matre. vide etiã glo. in cle. j. in verbo eternaliter de summa trinita.

De correlatiuis.

Regula correlatiuoꝝ est regula pariũ

¶ Item tertio & vltimo. quia consuetudo generaliter loquitur: sed sic est q̃ verba generalia generaliter operari debent quando mediũ est habile. l. emptor. §. lucius. iuncta glo. ff. de pac. & vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publi. in rem actione. & facit. l. fi. in fi. C. de dotis promiss. &. l. j. §.

Voluntas tacita idē operari debet vt expressa.

si quid operatur voluntas expressa testati secūdū statutum & priuilegium sue patrie: vt.l.si non speciali &. l. finali. C. de testa. idem operetur voluntas tacita morientis ab intestato: argu.l.si quis cum nullum.&.l. cōficiuntur.ff.de iure codicillo. Et ita voluit Iaco.Butriga. Et q̄ ei⁹ volūtas tacita scdm legē patrie & nō scdm aliā sit intelligenda probat ex eo q̄ ciues oēs etiam si in condendo hanc legē non interfuerunt finguntur huic legi consensisse: ex quo ergo de contraria voluntate defuncti non appareret videtur in illa perseuerasse vsq; ad mortem vide tex. meliorem de iure in.c. maiores. ad finem de baptismo extra. Et hanc rationem dicit ipse esse inconuincibilem. Item mouetur: quia statutum potest afficere personā sibi subditam respectu rerum in alieno territorio existentium: vt in collecta quod fundamentum fuit Bart. & Calde. vbi supra. Et si hoc in collecta fortius in successionis prelatiōe cū inuitus collectetur quis & successor voluntarius spontaneo detur. Tertio arguit: quia si tutor datus a iudice efficitur nedum i loco iudicis sed etiā in omnibus bonis alibi sitis. l. propter litem. §. licet. ff. de excusa. tuto. cum simi. ergo multo forti⁹ successor vniuersalis datus a statuto succedit in prerogatiua illius statuti in omnib⁹ bonis alibi sitis: quia potentius agit lex q̄ iudex.

Potenti⁹ agit lex q̄ iudex.

Quarto mouetur: quia interdictū iudicis habet locum etiam extra territoriū iudicis: quod fundamētum supra retulit Calderinus vt diximus. Quinto mouetur. quia statutum originis est validum tam auctoritate iuris ciuilis vt.l. omnes populi. ff. de iusti. & iure q̄ iuris canonici. c. cum olim extra de cleri. coniuga. c. ex parte. iij. de verbo. significa. c. primo de cōstitutio. in. vj. bo. tex. in. c. cum venissent de eo qui mittitur in possessio. cau. rei seruande. Cum ergo statutum vel consuetudo dat vniuersalem successionē scdm aliquas consuetudines sequitur quod eadē auctoritate dat in oibus bonis alibi sitis per. l. heredem. &. l. nil aliud. ff. de regu. iur. Et ita concludit per hec q̄ statutum originis & domicilij quo disponitur vt filius masculus vel frater defuncti ab intestato succedat filia excluſa q̄ debet dotari debet seruari etiā in bonis immobilibus extra territorium situatis. Et ita procedunt hec (dicit ipse) siue verba in rem scripta siue in personā: vt Bart. distinguebat & ita dicit se in facti contingentia p̄suluisse & obtinuisse: & q̄ cum opinione ista concurrūt plures valentissimi docto. tam in Bononia q̄ in Florentia. Et ad argumēta que fieri possunt respondet: vide per eum quia nimis immorarer si omnia eius dicta referre vellem.

¶ Marianus Sozinus in suo consilio. xxxvj. ad pri. refert diuersitates opinionū de hac materia: & tandē se videt resoluere cū opiniōe Saliceti: quia eam vltimo loco refert: & pro ea adducit hoc fundamentum. Nam q̄ statutū vnū vel consuetudo vna extendatur ad bona alibi sita hoc non repugnat: quia bona veniunt accessorie ad personam. l. iij. §. fina. ff. de legiti. tuto. de hoc est bonus tex. in. l. in pecudū. ff. de vsu. Item quia multa transeunt cum vniuersitate que alias non transirent. l. quedam. ff. de acquirendo rerum dominio. & ad hoc etiā adducit Ioannem Andre. in reg. fine culpa de regu. iu. in mercurialibus. vbi tenet q̄ consuetudo laicorum regulariter non ligat clericos. c. ij. de cōsuetu. l. j. C. de episco. & cle. tamē ex quadam consequētia clericus secundogenitus excluditur vigore consuetudinis volentis primūgenitum excludere secundogenitum: sicut ergo personam exemptam a iurisdictione statuentis in consequentiam comprehendit cōstitutio: ita & fortius capiet bona predicta. facit. l. in modicis. ff. de contrahenda emptione. c. ex litteris de iurepatro. cum alijs allegatis per eū. Subiungit q̄ licet quidam moderniores videātur opinionem hāc Saliceti tenere: tamen ipse nihil resoluit: dicēs tamē bene q̄ si esset cōsuetudo in omnibus locis in quibus testator diuersa bona habeat conformis res est sine dubio: & ibi ad nostrum propositum nihil aliud dicit.

Marian⁹ Sozinus.

¶ Tene pro resolutiōe huius questionis q̄ sit seruanda cōsuetudo locorum singularis scdm situationem bonorum. & pro confirmatione huius conclusionis vide Sozinum in consilio cclxxxviij. colum. ij. vbi post relatas opiniones in hac materia dicet q̄ īmo communis est hec opinio & verior: q̄ sint inspicienda loca vbi res sunt site: quicquid dicant Albericus & Ludo. Roma. quorum textus non probāt. & ita dicit Petrū de Ancha. tenuisse in repeti. c. Canonū. de constitu. extra. in. xij. q. in princi. versi. quero iterum. vbi etiam tenuit q̄ ista sit cōmunis opinio. vide tn eūdē Sozi. cōsi. ccxcij. col. ij. vbi etiā de hac materia tangit: & dicit q̄ Albericus tenuit q̄ inspiciēdus sit locus originis: & q̄ ita Petrus Ancha. in consi. xxxvij. videtur tenere quia causa originis est preferēda. l. qui id quod ff. de donatio. sed ipse Sozi. ibi dicit q̄ illud nō firmat propter alias opiniones ibi relatas: tene ergo qd supra firmauit. Adde quod ipsemet Petrus de Anchara. vbi supra querit de questione notabili & multū vtili pro consuetudine nostra. Quidā Iacobus nomine habebat vxo-

Resolutio

Pulchra questio.

rem Dianoram & cõmorabantur in vrbe Parisieñ. vbi est consuetudo introducta q̃ mortuo viro vxor superuiuens lucratur mediam partẽ bonorum: bonorum quidẽ mobilium & cõquestuum ĩmobilium. arti. ciiij. Iste Iacobus habebat bona in ciuitate Parisieñ. & in partibus vltramontanis apud Florentiam. Querebatur vtrum mortuo viro vxor habebit mediam partem bonorum nedum Parisieñ. sed etiam vltra montanorum. Et refert opiniones: tandem dicit q̃ de ista consuetudine facit mentionẽ Ioã. And. in titu. de instrumen. edicto. §. compẽdiose. & Oldradus consi. ccxlix. vbi vterq; cõcludit q̃ non extendatur talis consuetudo ad bona que non sunt sita intra locum vbi viget talis consuetudo. Et ita ibi tenet Petrus de Ancha. dicens formaliter q̃ vigore Parisieñ. consuetudinis nõ potest ista domina Dianora vendicare bona sita Florẽtie vel alibi extra locum

Alexã. de Imola.

consuetudinis. Adde etiam q̃ ita tenuit Alex. consi. cxxviij. vbi de hac materia satis late tangit: & inter cetera col. iij. refert Lappum in suis allegatio. ita tenuisse allega. xcj. pluribus rationibus. Primo quia statutum vel cõsuetudo nõ extẽdit effectum vltra territorium vbi lex statutum vel consuetudo est introducta. l. fina. ff. de iurisditione omnium iudi. &. c. fina. de constitutio. in. vj. Item quia virtus & potentia cause efficientis inspiciẽda est: vt possit operari in passum & suscipientem hanc materiam. Nec potest causa finita producere effectum infinitum: sed sicut limitatur potentia cause sic etiã effectus debet limitari. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. iurisperitos §. cum orfundus. ff. de excusatio. tuto. Sed auctoritas & potentia cõsuetudinis nõ se extendit vltra proprios terminos vult dicere vltra locum vbi est introducta. l. duũuirum. C. de decu. libro. x. ergo nec ei⁹ effectus vltra protrahi potest: & multum nota. loquitur ibidem Alex. respõdendo ad fundamẽta Saliceti. Ad primum fatetur q̃ defũctus decedens tacite velit seruare consuetudinem loci vbi habet domicilium: sed hoc est verum ratione bonorum que sunt in illo loco: non enim est etiam presumendũ q̃ voluerit immutare naturam bonorum existẽtium extra locum illius

De impositione collecte.

consuetudinis. Ad secũdum respondet q̃ possit imponi collecta pro bonis sitis in alieno territorio: non est ita expeditum ĩmo contrarium multi tenẽt. vt refert Bar. in. l. prima. C. de mulieri. & in quo loco. v. col. versicu. item quero. De impositione collecte vide Sozinum cõsilio cclxxxviij. col. ij. vbi refert Nellũ de sanc. Geminia, in quodam consilio quod aliter nõ citat: vbi tenuit q̃ ciuis Pisanus qui transtulit domicilium in ciuitate Florẽtie non posset Pisis collectari etiam p̃ bonis ibi relictis in ciuitate Pisana: quia necesse est personam esse subiectam imponenti. l. ex rescripto §. fina. ff. de muneri. & honori. Et subiũgit ibi Sozinus q̃ licet Nellus loquatur in materia onerum tamen rationes sue concludunt in successionibus ab intestato: quod p̃sequetur vt per eũ. Sed vide Alex. consi. lij. vbi tenet q̃ ĩmo potest imponi collecta forensibus pro terris illius loci in quo collecta imponitur. Et hoc infert ꝓtra scholares: qui licet non teneantur ad munera personalia. l. j. C. de professo. & medi. libro. x. tamen ad realia que ex consuetudine exiguntur tenẽtur. argu. l. j C. de auro coronarum. libro. x. latius ibi vide per eum. ¶ Secundo respondit Alexã. vbi supra. q̃ posito q̃ ciuitas possit afficere subditum suum etiam quoad bona alibi posita tamẽ illud possit procedere quando expresse statuẽtes hoc dicerent. argu. l. fina. C. de decre. ab ordi. facien. &. l. mercatores. &. l. non solum. C. de commerciis & mercato. & ita loquuntur allega. per Salice. Sed vbi statutum simpliciter loqueretur: tunc non concernit id quod est extra territorium. c. vt animarum de constitu. in. vj. & ad hoc adducit Bar. Bal. & Salice. ita volẽtes in dicta. l. cunctos populos. Ioan. And. in addi. tio. ad Specula. in titu. de compe. iudi §. j. in additio. magna. Bald. in repetitione. l. neganda. v. vij. &. viij. col. C. qui accusa. & eũdem in. l. fina. in. ij. questione principa. ff. de iurisditione omnium iudicum. Petrum de Ancha. in. c. postulasti. in. v. questione de for. cõpe. ¶ Adde predictis Cardi. de Zabarel. in. c. fina. de consue. extra. vbi dicit q̃ statutum Ferrariense q̃ existantibus masculis femine non succedant: tale statutum nõ comprehendit filiam nuptam extra territorium quoad bona alibi sita etiam si expresse prohibeat ne filia succedat in bonis vbicũq; sitis: quia ex quo nupta est desinit esse de primo domicilio & fit de domicilio viri. l. imperatores §. idem rescriptum. ff. ad municipales. l. cum quedam puella. ff. de iurisd. omniũ iudi. cum simi. & sic sentit ibi demum Cardi. q̃ vbi persona esset subiecta statutum vel consuetudo illã ligare posset respectu rerum sitarũ etiam in alieno territorio vel loco quando id disponeret in specie. De quo vide Paulum de Castro. consi. lxxxvj. scdm antiquam impressionem. ¶ Item possumus & tertio respondere ex dictis per Sozinum consi. cccij. incipiẽte. videbatur primo aspectu. vbi dicit q̃ pro rebus sitis in alieno territorio non potest quis colle-

Nota pro scholarib⁹

ctari quãdo in illo erat collecta imposita. Similiter ex quo est in illo loco vna consuetudo: in alio est alia consuetudo non debet extendi cõsuetudo illius loci ad alium locum. ¶ Ad secũdum de tuto. dato respondet Alex. vbi supra tripliciter. Primo quia loquitur in actu fauorabili: sed illud statutum q̃ primogenitus vel excludat fratres vel maiorẽ partẽ habeat p̃rogatiuam est odiosum scd̃m Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in. xj. & xij. col. versic. tertio quero. Est de mente Bar. in dic. l. cunctos populos in fine. q. vij. Secũdo respondet q̃ ibi nõ tractatur de habilitando aliquem qui nõ sit habilis de iure cõmuni: sed hic habilitat se ipse ad prerogatiuam quam non habet de iure communi: ergo &c. Tertio respondet q̃ hoc est verum quando de alio administratore prouisum non erat de rebus alibi sitis: quia tunc extenderetur datio tutoris ad res alibi existentes: vt dic. l. pupillo. facit lex si tamen. ff. de testa. tutel. Modo cum in alijs locis vbi bona sunt sita aliter sit prouisum de diuisione bonorum defuncti: ergo non erit ista consuetudo ad illa bona extendenda. ¶ Ad quartũ de interdicto facto respondet dupliciter. Primo q̃ illud interdictum sit de iure communi. Et ideo sicut ius cõmune extendit suum vigorem vbiq; vt dicit Bald. in l. cunctos populos. circa antepenul. colum. versicu. viso an forensis. nos loquimur in dispositione statuti vel consuetudinis localis que non debet extendi extra territorium. Vel secundo scd̃m Bar. in dic. l. cunctos populos. q. vj. vbi dicit q̃ illa interdictio bonorum est fauorabilis ne bona eius pereant. Et ideo extendit effectum suum vbicunq; sint bona. argu. l. iulian⁹. ff. de curato. furio. Sed hoc statutũ vel hec ꝯsuetudo sic fauẽs priogenitis i dãnũ reliquor⁹ fratrũ est odiosa: & sic nõ extendenda. argu. l. ex ea. iũcta glo. ff. de postulã. & de hoc dictũ ẽ supra. & hoc maxie: quia ois recessus a iure cõmuni est odiosus. ¶ Ad quitũ & vltimũ quãdo dicitur statutum vel cõsuetudo loci originis firmatur auctoritate iuris ciuilis respondet verum quãtum ad locum: extra autem locũ non: quia aliquid firmari auctoritate iuris ciuilis nihil aliud est q̃ q̃ possit fieri scd̃m ius ciuile: sed nõ scd̃m ius ciuile vna ciuitas põt condere statutum vel consuetudinem introducere in alieno territorio: & ad hoc dico optime probari in capitulo illa. xij. distinc. Per quem tex. Cardi. Alex. & Cardi. de Zabarel. i de. dignũ de celebra. missa. dicũt: q̃ Cathellani licet in suis ptib⁹ legitime possint carnes comedere certis dieb⁹: existẽtes tñ Tholose & alibi nõ. Ita etiã nota. p Panor. in. c. cõsilium. extra de obserua. ieiunio. in fine. Feli. in. c. quod clericis de for. compe. & ad hoc accedat quod dicit Christophorus Porcus de priuilegio Ambrosiano cõcesso Mediolanensibus q̃ possint comedere carnes vsq; ad primam dominicã quadragesime: non detur Mediolanensibus existẽtibus in studio Papiẽsi aut alijs locis: quia in dubio priuilegiũ illud est locale: & extra locum non extenditur. Hãc determinationem notabilem Christophori Porci vide instit. de iur. natura. gen. & ciuili. §. sed qd̃ principi placuit. alias est. §. resp̃sa prudentũ quem citat Roch. de Curte in repetitio. c. fina. de consuetu. questione. xv. colum. ij. licet tamẽ ipse Rochus videatur potius velle esse priuilegium personale & q̃ vbiq; possint Mediolanẽses vti: quẽ vide. Et pro hoc adduco Philippũ Franc. in. c. j. de cõstitu. in. vj colũ. v. ad finem. vbi dicit post Bal. q̃ cõsuetudines locales quo ad ipsum locum dicuntur ius commune: quia iure cõmuni ꝯfirmãtur. Põdera quo ad ipsum locum: quasi innuat q̃ secus est in alijs quo ad alia confirmanda. ¶ Nec obstat q̃ hereditas non cõcernit locum sed est successio in vniuersum ius. l. hereditas. ff. de regu. iuris. Et ita videtur q̃ quãtum ad ipsam personam dicantur affecte res etiam in quolibet alio loco particulari respondet scd̃m Alex. q̃ verum est q̃ hereditas ipsa tanq̃ quid incorporale. l. j. ff. de rerum diuisione non concernit locũ: sed per hoc nõ sequitur quin propter diuersitatẽ patrimoniorum diuersimode inter heredes scd̃m consuetudinum diuersitatem fieri debeat diuisio argu. l. si arrogator. & ibi glo. ff. de adoptio. vult dicere q̃ hereditas aliquãdo sumitur pro quodam iure intellectuali quod appellatur successio in vniuersum ius: & rep̃sentat defũctum. l. hereditas. ff. de acquirẽ. rerum dominio. l. mortuo. ff. de fideiusso. & illud ius loco non claditur: & sic procedat tex. in. l. nihil aliud. ff. de verbo. signifi. Aliquãdo sumitur hereditas pro bonis ipsius defuncti: prout tenet glo. in. l. j. §. primo. ff. de rerum diuisio. & l. iij. §. hereditas. ff. de bono. possessio. De hac differentia vide Frãciscum de Ramponibus in quodam ꝯsi. quod ponitur inter cõsi. Calderini. & est. xxxiiij. subtitu. de testa. ¶ Itẽ dici potest q̃ esto q̃ hereditate adita in vniuerso bn̄ afficiãtur oẽs res defuncti vbicunq; sint site hoc tn̄ scd̃m naturam loci vbi situãtur intelligi debet. Et per hec clara est cõis resolutio sublatis fũdamẽtis ptis cõtrarie. Et ita ergo adhereas resolutioni cõmuni Pro qua vide Ioan. de Imo. in. c. cum olim. de cleri. coniuga. vbi dicit q̃ filius sacerdotis licet

Nota singulare priuilegium Mediolanensium.

Verbũ hereditas dupliciter accipitur.

De Interdicto bonorum.

Qualiter statuta localia firmãtur iuris cõis auctoritate.

De filio sacerdotis greci.

apud grecos censeretur legitimus & succederet patri: tamen si talis filius veniret ad Italiam non legitimus sed illegitimus censeretur. Et ideo si esset primogenitus in Grecia cuiusdam sacerdotis habentis bona in Italia ratione illi⁹ primogeniture non succederet in bonis Italicis: quia consuetudo illius prouincie non tralatitur ad aliam puinciam siue ad bona in Italica prouincia sita. Adde etiam Do. Iason. in repeti. l. reconiuncti. ff. de lega. iij. colñ. xlix. vbi dicit per hec q̄ quādo esset statutum in vna ciuitate q̄ existentibus masculis filie femine non succedant & testator haberet bona in alijs territorijs in quibus esset ius diuersum bona existentia in alieno territorio non accrescerēt filijs masculis ymo filie p̄terite in testamento patris pro earum rata succederent ab intestato vt nō extendatur cōsuetudo de loco ad locum scdm Bar. & Bal. ibi supra. & Bal. in. l. ij. vlti. colñ. C. que sit longa consuetudo & consi. cxxxj. in secūdo volumine. Paulus de Cast. consi. ccxxiiij. & Alex. consi. xvj. in primo volumine. de hac questione vide latius q̄ alibi per Albertum bonū tex. i tracta. de statu. femi. & cognato. lineā a successione excluden. viij. articu. principa. questione. xxiij. Adde etiam nouissime Rochū de Curte in repetitione. c. fina. de consuetu. in xv. questione principali in. ij. col. vbi conclusionem illam q̄ statutum vel consuetudo non ligat subditos extra territorium: ampliat procedere etiam respectu bonorum alibi existētium q̄ in loco cōsuetudinis: quia licet sint bona subditorum: ad ea tamen non extenditur consuetudo. argu. l. pupillo. ff. de tuto. & curato. da. ab his. & certe ibi satis & nimis iudicio meo exiliter transit super hoc arduo p̄ncto & notabili vt videas: & per hec erit satis ample expedita hec questio notabilis & magni ponderis.

¶ Questio Octaua.

¶ Vtrum consuetudo iuris primogenite vnius territorij extendatur in bonis mobilibus extra illud territorium existentibus.

QVnc querit quid de mobilibus. puta Parisiensis habet bona mobilia hic & in territorio Turonē. Ponamus q̄ primogenitus (vt etiā est) scdm consuetudinem Parisiensem non habeat aliquam prerogatiuam in bonis mobilibus. Scdm autem Turonēsem habeat puta duas partes vt etiam illa cōsuetudine cauetur. vt supra deduximus.

¶ Queritur vtrum primogenitus patrisfamilias habitantis in hac vrbe habebit equale ius primogeniture in bonis existentibus in territorio Turoneñ. & hic. Bal. in. c. i. de pace iuramēto firmanda col. iij. in ver. publicētur versicu. item nota. dicit q̄ bona mobilia censentur esse de territorio vbi reperiuntur. quia populo seu fisco illius loci confiscātur per illum tex. quem ad hoc reputat singularem. Sed contrarium videtur velle Bal. in. l. mercatores. C. de cōmerciis & mercatoribus: vbi per illum tex. colligit q̄ imperator confiscat bona mobilia subditorum existentium extra territorium: rationem assignans: quia mobilia concernunt personam immobilia autem territorium vbi sunt sita. De hac questione vide Salicetum in. l. prima. colñ. sexto. C. de summa trinitate vbi distinguit. Aut bona illa mobilia non sunt perpetuo destinata ad illū locum: sed tm̄modo causa mercantiarum & tunc in illis diuidendis seruabimus statutū Parisiēse: quia eiusdē cēsent̄ nature cuius sunt bona exñtia i hac vrbe Parisiensi. l. ex facto. ff. de heredi. instituen. §. rerum autem. & de lega. iij. l. vxorem. §. legauerat. & l. si fundus cum similibus. Aut erant ibi perpetuo destinata seu māsura tunc censentur de bonis illi⁹ territorij Turoneñ. & diuidantur scdm statuta illius loci. Et certe credo q̄ sit mera veritas in paucis verbis. Adde ad hec tex. nota. i. l. si titius. ff. de seruis expectandis. vbi dicitur q̄ nō dicitur morari in loco qui in motu est. pro quo etiā facit tex. in. l. si chorus. ff. de lega. j. per q̄ iura & similia Albericus in dic. l. si titius. dicit sepe se allegasse ad defensionem cōmunitatum stante statuto q̄ non deberent pati bannitos morari in suis ciuitatibus sub magna pena. Si banniti trāsitum facerent per ciuitates illas nō inciderent predicte ciuitates in penam statuti. Ideo dicit idem Albericus in dic. l. si fund⁹. ff. de lega. iij. q̄ appellatione eorum que sunt in fundo non continentur que ibi posita sunt ad tēpus nec pecunia ibi posita gratia fenerādi: & hoc quia non sunt ibi gratia perpetui vsus.

Resolutio

Non dicit i loco morari qui in motu est.

Questio.

¶ Hinc Bal. in dic. l. ex facto circa finem. ff. de heredi. instituen. querit q̄ si quis legat vestes suas quas habet in domo vtrum veniant he que sunt extra domum site tamen erant destinate ad vsum vxoris cui legabātur. Et hāc dicit questionem disputatam fuisse & tandē determinatum q̄ licet tales vestes fuissent extra domum tamen videntur esse in domo propter destinationem testatoris & finale eius propositum. Similiter in proposito si esset consuetudo vt supra diximus: si paterfamilias cōmorās

in ciuitate Parisien. haberet mobilia in ciuitate Turonen. non vt ibi perpetuo essent ex quo sunt destinata talia mobilia vt redeãt ad domũ ipsi⁹ patrisfamilias regulabunt illa bona scdm cõsuetudinẽ Parisien. & nõ scdm cõsuetudinẽ Turonen. si ageret de successiõe in illis bonis.

Questio. ¶Hec etiã faciũt ad q̃stionẽ motã p Bal. i dic. l. ex facto ad finem de scholari infirmo in aliqua vniuersitate & legante bona sua que ibi habet vtrũ videatur legasse libros suos. Et dicit Bald. q̃ videtur dicendum q̃ non: quia nõ ibi libros habet: vt ibi perpetuo remaneant: sed animo deportandi ad domum. Et subiungit q̃ doctores tenent q̃ res quibus quis vtitur in vno loco: & propter eum vsum eas habet: non cẽsentur eiusdem loci. per. l. debitor de pignoribus. ff. vbi dicit per illum tex. ipsemet Bal. q̃ si papa excõmunicaret omnes commorantes Perusi j non intelligeretur de aduenis recessuris. ¶Vide etiã Albericum de Rosate in dicta. l. ex facto. colum. secunda. versicu. expeditis cõtrarijs. vbi dicit q̃ si testator legat alicui omnia que habet in tali villa videntur ea sola esse legata que sunt ibi perpetuo & ad perpetuũ vsũ non ad tempus. Vide Alexan. de Imo. consi. vij. in tertio libro. Adde nouissime Albertum Brunum in suo tracta. de statutis. & feminas & cognatorum lineam a successione excludentibus articu. octauo. q. xxiij. in fine. versicu. vbi dicit predicta conclusio illa de qua in precedẽti questione diximus: q̃ bona existentia extra territorium certe consuetudinis non ligantur illa consuetudine: limitatur nisi illa bona essẽt extra territorium ad tempus tm̃odo mansura: quia cẽsentur esse eiusdem qualitatis cuius sunt bona extra territorium consuetudinis illi⁹ existentia: propterea quia licet sint extra, illud territorium sunt tũ ad illud destinata. per tex. in dic. l. ex facto. & l. j. & ij. C. de verbo. significa. cum aliquib⁹ allegatis per eum. Et per hoc satis erit firmata resolutio supradicta Saliceti. ¶Et per hanc conclusionẽ debemus dictum Petri de Ancha. restringere. de quo in consilio xxxvij. quod citauimus in precedenti questione. vbi dicit q̃ consuetudo Parisiensis q̃ vxor lucretur partem mediã mobilium si sit superstes viro non debet intelligi in bonis existentibus extra territorium Parisiense. hoc dictũ ergo erit sane intelligendum scdm hãc distinctionem Saliceti vt distingamus inter bona destinata ad territoriũ parisiẽse vel an extra territorium perpetuo sint ibi mansura. & hec etiã faciunt ad declarationẽ cõsuetudinis Parisiensis que vult vt inter nobiles superstes consequatur omnia mobilia si nulli sint liberi: si autem sint liberi mediam partem habeat. vt articulo cxxxj. ipsius consuetudinis Parisiensis.

¶Questio Nona.

¶Vtrum consuetudo iuris primogeniture vnius territorij extendatur ad iura & actiones alterius territorij.

Deinde queritur quid de iuribus & actionib⁹: quia actio seu nomen debitoris species est media inter mobilia & immobilia. l. quã tuberonis. §. penultimo. ff. de pecu. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Et ideo dicit Lappus consilio. cccvj. de quo statim dicetur in fine: q̃ si consuetudo de bonis mobilibus & immobilibus disponat: de istis actionibus/iuribus/& nominibus disponere non videtur. & maxime in istis consuetudinibus que exorbitant a iure communi: & ideo in suis terminis sunt tenende & non extendẽde ad nomina & actiones. Et sic dicit non obstat quod nota. C. si aduersus transactionem. l. prima. & in auctentico de rebus alienis §. vlti. & l. mouẽtium. ff. de verbo. signifi. Adde Bal. in. l. prima. ff. de sta. homi. in secunda lectura. Adde duo consi. Oldra. vnum. clxiij. vbi consuluit q̃ legata castro non veniunt nomina debitorum per. l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. tertio. & expressius in. l. Gaius in principio. ff. de lega. secundo. & expressissime in. l. si mihi menia. ff. de lega. tertio. Nec dicit ipse in instrumentis proprie cadit distinctio perpetuitatis ad modum thesauri: que fit in. l. si chorus. ff. de lega. tertio. quia thesaurus in pecunia cõsistit non in instrumentis. l. nõnunq̃ §. thesaurus. ff. de acqui. rerum dominio. Aliud est cõsilium. ccxix. vbi consuluit Oldra. q̃ si dominus Rex Francie dimisit pauperibus omnia mobilia sua non veniunt emende aut pene incurse: sed transeunt in successorẽ in regno: & cõcludit ibi q̃ nec sunt quid imobile, sed vnũ secundum genus quod neutri extremorum cedit secundũ. l. si ita quis. ff. de verborum significatione. & illud consilium est multum notãdum pro nominibus debitorum. Vide Cardinalem de Zabarel. in cle. prima. de reb⁹ eccle sia. noi. alienan colum. tertia. versicu. decimo quero. vbi dicit q̃ si statuto caueatur q̃ homicide bona mobilia & immobilia confiscantur

Iura & actiones distingũtur a bonis mobilibus & imobilib⁹.

Nota pro emendis.

non tenebuntur nomina. Adde quod vult Bal. Ange. & Imo. in. l. si cõstante. §. fi. in fi. ff. solu. matrimo. vbi dicit q̃ publicatis bonis simpl'r sunt publicate actiones per illum textum. & l. si maritus eodem titulo. secus si fuit prolatum cum additionibus mobilium & immobilium. vt. l. vxorem. §. si concubine. ff. de lega. tertio. cum alijs allega. per eum. & ita dicit tenere Guillermum de Suza. & nota. in specula. sub titulo de fruct. & interesse. ad quod vide Ludo. Roma. consilio septuagesimotertio. & xciij. Et ita ergo licet appellatione bonorũ mobilium vel immobilium non veniant nomina debitorum siue actiones: tamen appellatione simpliciter bonorum veniũt nomina & actiones. ¶ Adde Barto. in. l. quintus. §. argento. ff. de auro & argento. vbi querit vtrum obligans bona omnia videatur obligare iura & actiões. & refert glo. dicentem q̃ non: scdm quosdam in. l. heredem. ff. de here. actio. & Specula. in titu. de fruc. & interesse. §. primo. versic. secundo quero. ¶ Sed dicit Bar. q̃ in contrariũ est veritas: quia cum dico omnia bona mea intelligitur etiam de actio. vt. l. nã q̃. §. fina. cum. l. sequenti. ff. ad trebelleia. & l. legata. §. primo. eo. titu. & l. mouentium. ff. de verbo. significa. Et ita firmat glo. in dicta. l. heredem. & per eadem iura tenet q̃ donans omnes res suas videt actiones dare contra Dy. in. l. nominis. ff. de verbo. signifi. & Guiller. in. l. prima. ff. sta. homi. & dicit q̃ predicti docto. tenent contra casum dic. l. nam quod. §. fina. Vide etiam Bald. in vtraq; lectura in eadẽ. l. prima. & Bar. in. l. vxori mee. vbi expresse notat per illum tex. q̃ quãdo quis legat omnia bona sua veniunt nomina debitorum. Vide Bal. consi. ccij. in primo volumine. Adde etiã Bald. in. l. j. C. de vsufruc. ad princi. vbi dicit q̃ legato vsufructu bonorum veniũt nomia debitorũ. & hoc siue dicatur lego vsum fructum bonorum meorum: siue dicatur lego vsumfructum bonorũ sine vlla adiectione: siue dicat lego vsumfructum rerum ad me pertinentium. Et ita tenet ibi Salicetus. sed And. Barba. in additio. ad Bald. ibidem dicit se aliter cõsuluisse per tex. quem dicit singularem in. l. fina. ff. quorũ bono. vbi probatur q̃ verbũ bonorum significat possessorem: sed nomina debitorum non possidentur: ergo &c. Sed miror de Barba. quia tex. ille videtur velle potius cõtrarium: quia distinguit bona corporalia ab incorporalibus. Item etiam hoc est de directo cõtra textum in. l. princeps. & l. bonorum. ff. de verborum significatione. Et ideo tene cũ Bar. vbi supra. q̃ appellatiõe bonorum simpliciter

Appellatione bonorum veniũt actiones.

cotinentur nomina & actiones.

¶ His pro euidentia huius questionis presuppositis queritur vtrum nomina debitorum patrisfamilias decedentis regulabuntur secundũ consuetudinem vbi defunctus est mortuus & habitabat: vel secundum consuetudinem vbi morantur debitores presuppositio discrimine inter consuetudines circa ius primogeniture in istis nominibus & actionibus. Questio.

¶ Salicetus in dicta. l. prima. columna octaua dicit q̃ siue competat actio ad mobilia siue ad immobilia indubio statutum originis seruandum est: quia actiones & nomina cum extero contracta nõ sunt bona extra territorium sita cum non occupent locum sed sunt iura persone coherentia eius ossibus affixa. l. secunda. ff. pro socio. & in concernentibus personam potior est locus originis. l. libertis. §. prescriptio. ff. ad municipales. Tum quia censentur esse extra territorium vbi est persona: licet non sint in loco. l. gaius. in principio. cum concordantijs ibi positis. ff. de lega. secũdo. licet quãtum ad onus administrationis & curam & sollicitudinem quandoq; censeantur ex patrimonio loci celebrati contractus vel vbi est fienda exactio. ff. de administratio. tuto. l. Titium & Meuium. §. tutoris. & l. quero. ff. de solutio. Ecce quid dicit Salicetus in hoc puncto. Salicetus.

¶ Cynus in. l. cum constet. C. que res pigno. obliga. possunt. l. illam inducit ad questionem hanc satis congruam proposito. Pone dicit q̃ episcopus Bononiensis habet de consuetudine q̃ ipse debeat habere omnia bona clericorum intestatorum que habent Bononie tempore mortis. Modo quidam clericus scholaris decedit ibi intestatus qui habet instrumentum Bononie in quo est sibi obligatus quidam Florentinus vel alius qui est in alijs partibus. Nunquid episcopus habebit istud instrumentum? Et arguit q̃ sic per illum textum: quia qui obligat instrumentum videtur & obligare res in instrumento contentas: vt ibi determinatur in concordantijs ibi allegatis per eũ. In contrarium q̃ episcopus virtute talis consuetudinis non possit illud debitum consequi arguit per textum in. l. Gaius Seius in principio. ff. de lega. secundo. & per ea que notantur in. l. seruum filij. §. eum qui in glo. in versic. aliquando. ff. de lega. primo. Subiungit q̃ hanc partem negatiuam tenuit Petrus argumẽ. dic. l. Gaius. & nihil alid certitudinaliter resoluit. Cynus.

¶ Reperio etiam Lappum in consilio tricentesimo sexto. quod interseritur cum allegatio. lxxx. columna secunda in fi. dicit q̃ videtur vt Lappus.

nomina debitorum non debeant dici localia: sed sunt vbiq; locorum. l. si fideiussor. §. contractu. ff. de iudi. Iura enim que sunt incorporalia vbiq; videtur esse. l. finali. C. de prescrip. longi tempo. Tamen contrarium concludit: quia immo nomina debitorum ad eum locū pertinent vbi exactio de iure & facto fieri potest: vt si ibi est collata solutio & ibi reperiatur debitor. l. ex facto. §. rerum. ff. de heredi. insti. & dicta. l. quero. ff. de solutio. Non obstat q̄ nomina non sunt in loco verum est circunscriptiue: sed per effectum exactionis sunt in loco ergo debitum mercatorum Florentinorum in Italia contractum soluēdum in Italia annumeratur bonis Italicis: contractum vero & soluendum in Anglia connumeraretur patrimonio Anglicano. sūt verba forma. Lapi vbi supra. ¶ Reperio deinde Alexan. consi. xxxj. in primo volumine: vbi facit questionem satis cōformem nostre. Questio est. Quedam mulier que habitauit in aliquo loco certo per spatium duodecim annorum & vltra: ibi decessit ab intestato sine heredibus: ideo domin⁹ dictus loci habens ibi regalia iura vendicabat omnem successionem mobilium & immobilium ibi existentium. Et cum hoc erat ibi quidam debitor defuncte qui habitabat in alio loco vbi etiam erat alius dominus habens regalia: querebatur vtrum istud debitum esset dandum illi domino in cuius territorio habitabat iste debitor vel alteri. Et primo arguit q̄ non dño loci in quo mulier diu habitauit per decisio. Petri & Bald. in l. ex facto proponebatur. ff. de heredi. instituen. vbi concludunt q̄ si aliquis habeat bona in diuersis territorijs: quorum quodlibet habet diuersam bursam fiscalem & distinctam: & delictum commiserit taliter propter quod omnia bona sua vbicunq; sita publicentur vnusquisq; fiscus occupat bona sui territorij: quia tūc habet loco heredis. l. tutoris. C. ad. l. iuliā. de vi publi. & l. j. C. de bonis queliber. l. nō intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. l. recusare. §. si fisco. ff. ad trebellei anum. Et sic quilibet fiscus aget contra debitores sui territorij sicut de duobus tutoribus dicitur: quorum est administratio diuersa per certa territoria: quia vnus non se impediet de eo quod concernit territorum alterius. l. inter tutores. ff. de administra. tuto. l. quero. ff. de solutionibus. Et ita fisci isti habebuntur tanq̄ diuersi heredes. l. si certarum. §. primo. ff. de testa. cum alijs allegatis per eum. Tamen non sunt coheredes nec inter eos habet locum ius accrescendi per. l. quotiens. & ibi Barto. ff. de noua. cum allegatis per eum faciunt que diximus supra. ¶ Secundo mouetur: quia de nominibus debitorū existentium in aliquo territorio iudicandum est vt de bonis alibi situatis. per textū in. l. tuto. §. heredes. ff. de administratio. tuto. ¶ Tertio mouetur. fiscus territorij in quo habitauit non habet hoc ius regale nisi ex priuilegio: quia de iure sola camera imperialis habet istud ius. l. prima. C. de bonis vacanti. libro primo. cum pluribus allegatis per eum. ergo cum ex priuilegio habeat non extendetur ad ea que sunt extra territorium suum: iuxta ea que notata sunt supra argumen. l. prime. C. de summa trinitate. ¶ Sed contrarium tenet ibi Alexan. dicens esse probabiliorem sententiam. Primo per auctoritatem Baldi in. l. mercatores. C. de commertijs & mercatoribus. vbi dicit per illum textum q̄ imperator confiscat bona mobilia subditorum existētia extra territorium suum: & non immobilia. Ratio assignatur: quia mobilia concernūt personam illius cuius sunt: immobilia vero concernunt territorium. Et ita aliud in bonis mobilibus & aliud in bonis immobilib⁹. Sed actio siue nomen competens ad rem immobilem equiparatur rei mobili & non immobili. glos. in auctentico de non alie. §. primo. in versiculo connumeranda. vbi dicit Angelus q̄ licet actio siue nomen debitoris sit species distincta inter mobilia & immobilia. vt. l. quam tuberonis. §. penultimo supra allega. Tamen si queritur de effectu ipsius actionis tunc illa iudicatur mobilis si datur ad mobile: alias si ad immobile reputaretur res immobilis. glo. in. l. prima. & ibi Bartolus. C. si aduersus transactio. cum alijs allegatis per ipsum Alexandrum. Et ita ergo dominus habitationis debet succedere in nominibus debitorum etiam existentium extra territorium cum de rebus territorij censeantur: & maxime quando ibi fuit cōtractus celebratus: quia si actio coheret territorio multo fortius coheret illi in quo fuit contractus celebratus per textum in. l. Titium & Meuium. §. tutores de administra. tuto. ff. ¶ Secundo mouetur: quia actio non circūscribitur loco. l. gaius ff. de lega. secundo. cum similibus. Et ideo dicit Baldus in. l. prima. ff. de sta. homi. q̄ si dono tibi omnia que habeo Perusij actiones personales non veniunt. Si ergo nomen debitoris non coheret territorio loci debitoris nihil obstat domino loci defuncti qui succedit in vniuersam hereditatem defuncti quo-

Questio.

Fiscus deficiēte here habet loco heredis.

Sola camera imperialis habet regalia.

Actio censenda est mobilis vl imobilis scām rem q̄ qua datur.

Actio non circūscribitur loco.

minus habeat cum etiam in iuribus incorporalibus succedatur.l. heres omne.ff. de acquirenda hereditate cū aliis ibi allegatis. ¶Tertio & vltimo mouetur:quia actiones ita adherent

Actiones adherent ossib⁹ creditoris.

ossibus creditoris q̄ ab eius persona euelli nō possunt.l. quis ergo casus.ff. de peculio.l. j. & ibi nota.ff. pro socio. Et ita concludit Alex. q̄ ad ipsum fiscum loci habitationis spectat exactio huius nominis etiam debitoris existētis in alio territorio. Et ad allegata vnam tm̄ facit responsionem q̄ hec procederēt quando iste defunctus habebat diuersa patrimonia in diuersis locis & ita in alio loco habebat nedum nomen debitoris sed etiam immobilia:quo casu censetur vterq; fiscus heres.l.tutoris.C. ad.l. iuliam.de vi. publi. Et ideo hoc casu in diuersos trāseunt actiones actiue & passiue : quia diuidi debent sicut fit inter heredes.l. pro hereditarijs.C.de heredi.vel actio.vendita. cū vulga. Et dicit q̄ Guillerm⁹ de Cungno ita respōdet ad.l.hinc queritur .§. potest. ff. de penis. & dic.l.si certarū . Et ita ergo videtur velle Alex. q̄ ista nomina debitorum alterius loci censeri debeāt eiusdem nature cuius sunt alie res que sunt in loco in quo defunctus obijt. Et sic primogenit⁹ i diuisiōe noia etiā exñtia extra territorium q̄ vbi defunctus habitabat habebit prerogatiuam scdm consuetudinem illius loci non loci vbi est debitor. Ex predictis vide Salicetum & Alexandrum in opinione conformes. Lappum autem dissentiētem. Amplectere quam partem volueris. Credo pro nunc q̄ opinio Saliceti & Alex. sit verior:& q̄ seruaretur in practica. Et ad confirmationem accedat quod dicit Bald. in.c. primo de constitu. extra. colum. penul. vbi querit vtrum princeps mūdi possit dotare filias spurias: & arguit q̄ non quia legibus viuere debet.l. princeps.ff. de leg.

Dictus facetum.

In contrarium facit quia sufficit pro ratione voluntas in principe.l. prima. ff. de constitu. prin. & ideo vt refert dixit imperatori quedā mulier cuius amplexus imperator dicebat illicitos date si lubet licet : ex quo infert q̄ si dñs Barnabas habuisset in Mediolano plenitudinē potestatis potuisset donare amasijs suis bona exñtia in territorio Mediolanēsiū vel nomina debitorū Mediolanēsiū:quia iura ibi videntur possideri vbi est domiciliū vel vbi reus sortitur forū: quapropter etiam seipsum obligare potuit.l. fideicōmissum .§. tractatum.l. quero.ff. de solu.l. prima.C. vbi fideicōmissum peti potest.sunt verba Bald. Facit qd̄ nota. dicit Panor. in capitulo ex insinuatione de iurepatrona. q̄ si primogenitus succedat in hereditate prout est de consuetudine Anglie succedet ipse primogenitus in iurepatronatus indistincte. Et adde qd̄ idē tenuit Sozinus cōsi. xxxvi. in primo volumine columna quarta in fine & sequenti. post Salicetum vbi supra. vbi concludit q̄ dos instrumētarie debita censetur nomen & actio. ita q̄ reputatur de bonis existentibus in loco vbi morabatur illa cui debebatur. facit quod voluit Flo. in.l. proculus versicu. Itē videt hec lex fame.ff. de vsufruc. vbi dicit q̄ appellatione pecunie veniunt nomina debitorum. Vel dicamus scdm supradictum in predicto suo tractatu q̄ nomina debitorum debēt censeri scdm ea pro quibus dantur : quia si ad mobilia sortiantur naturam mobilium si ad immobilia naturam immobilium : per hoc sequitur in annuis redditibus quid dicendum sit : colligitur scdm Baldum in. l. iubemus. la grande in principio per illū textum.C. de sacro sanc. ecclesia. cum alijs allegatis per eum : quia annui redditus inter immobilia computantur cle. extui.§. cunq; annui redditus de verborum significatione in clementinis.

Appellatiōe pecunie veniunt nomina debitorum.

¶Questio Decima.

¶Vtrū cōsuetudo iuris primogeniture vnius territorij extendatur ad forenses.

QVeritur vlterius supposita consuetudine q̄ primogenitus in totum vel in bonam partem hereditatis paterne succedat: an filius primogenitus forēsis ibi decedentis gaudebit hac prerogatiua.

Pro parte negatiua.

¶Et primo videtur dicendum q̄ non:quia preceptum imperatoris non ligat nisi subditos .l. prima.C. de summa trinitate.ergo nec statutum. Et pro hoc facit glo. notabi. in capitulo que contra. octaua distinctione. vbi habetur q̄ forenses & peregrini non ligantur consuetudinibus loci vbi viuunt sed soli perpetuo habitātes. Et ideo dicit ibi Archidiacon⁹ post Albertum papiensem & Ioānem Balduinum q̄ doctor inter scholares forenses non iudicabit secundum consuetudinem ciuitatis: sed secūdū iura cōmunia. facit quod in simili dicit glo. i. l. j.

C.de summa trinitate. q; si Bononien. conueniatur Mantue non debet iudicari scdm statuta Mantue quibus non subest. & ibi idem dicit in scholaribus bonus patet Odefredus. & ad hoc vide Feli. in. c. quod clericis de foro cõpe.

Pro parte affirmatiua.

¶In contrarium facit: quia quelibet tenetur viuere secundũ consuetudinem illorum inter quos conuersatur. c. illa. xij. distinct. Ibi Cardina. Alexan. adducit illud vulgatum. Cum fueris Rome Romano viuito more. fa. tex. in cle. dignum de celebra. missa. & ibi no. Cardina. de Zarabel. & Ioan. de Imo. q; vnusquisq; debet se coaptare moribus eorum cum quibus conuersatur. Et hoc inducunt ad eos qui vadunt Cathaloniam: nam non peccant ibi comedendo carnes. Et idem de Papiensibus & alijs qui comedẽt carnes mediolani vsq; ad primã dominicam quadragesime. de quo per Christophorũ porcum insti. de iure natura. gen. & ciuili in §. respõsa prudẽtum. alias in §. sed quod principi placuit. de hoc aliquid supra vidimus.

Petrus de bella pertica.

¶Hanc questionẽ tangit Petrus de bella pertica gallorum iurisconsultorum princeps in dicta. l. j. C. de summa trinitate. & eum suo more fideliter ibidem refert Cy. colum. iij. qui arguit in partes. & deinde distinguit post Petrum ponens amplam distinctionem comprehendentẽ materiã delictorũ & ꝓtractuũ quẽ p te videas.

Albericꝰ.

¶Albericus de rosate ibidem tangit col. vij. in fine. Et refert aliquos simpliciter dicentes q; sic. Sed dicit ipse. in contrarium facit illa. l. prima. C. de summa trinitate. & l. debitor. in fine. de pigno. ff. & nihil aliud dicit. Sed vide latius eundem Albericum in prima parte statutorũ questione. xlvi. & secunda parte questione. ix.

Bartolus.

¶Hanc etiam questionem tangit Barto. in. l. cũctos pp̃los. vbi distiguit dicẽs q; si verba cõsuetudinis diriguntur in personam non habebit locum consuetudo in bonis istius forensis: sed succedunt filij equaliter. Ratio: quia vbi statutum loquitur personam habilitãdo vel inhabilitando non ligat forensem. l. j. in fine. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Secus autem si loquatur consuetudo per verba que in rem diriguntur: tunc ligaretur forensis quo ad bona: quia statutum potest bona ligare. l. rescriptũ. §. fina. ff. de muneri. & honori. l. an in totum. C. de edificijs priuatis. no. in capitulo fina. de cõsuetudine. Et ita in simili distiguit in. l. aut qui aliter. §. finali. ff. quod vi aut clam.

Baldus.

¶Baldus autem (licet sub latioribus & diffusioribus verbis) idem videtur tenere in dicta. l. cunctos populos. colum. octaua. nona. & decima. presertim ibi vlterius quero vbi concludit q; statutum non potest habilitare personas nõ sibi subditas: nec circa personam aliquid disponere: dicens q; l. prima. C. de emancipa. libero. non obstat. quia ibi potius statutum disponit circa modum forme q̃ circa ius persone. vel aliter dicit q; quedam est habilitatio in qua cooperatur consensus vt est prorogatio iurisdictionis & tũc potest: & sic procedat illa. l. prima. quedam est habilitatio que non potest procedere per consensum hominis: & tunc secus. & de hac habilitatiõe loquitur in ꝓposito.

Salicetus.

¶Salicetus in eadem. l. prima. colum. quarta & quinta tangit de hac questione signanter ibi: quia proxime dicta loquuntur: vbi distinguit post relatam opinionem Barto. Aut statutum est permissiuum aut prohibitiuum. Si permissiuum. Aut eius quod iure communi conceditur: & tunc non est dubium: quia si non valet iure speciali valebit saltem iure cõmuni. Aut est permissiuum prohibiti a iure communi vt q; filiusfamilias testetur vel incapax instituj possit: & tunc talis forensis agens virtute statuti nihil agit propter rationes ibi per eum assignatas. Aut est prohibitiuum eiꝰ quod est permissiuum iure communi: & tunc aut respicit rem aut personam. vt distinguit Bar. & Bald. Q̃ respicit personam. Aut statutum cõtinet rem odiosam aut fauorabilẽ. puta ne vir possit legare vxori sue vltra certam quantitatem: quod inductum fuit ne mutuo amore se spolient. ff. de donatio. inter virum & vxorem in principio. & tunc forenses astringuntur. Aut statutum continet rem odiosam: & non porrigitur extra territoriũ. l. ex ea. ff. de postulando. Ex quo infert si statuto caueatur q; femine nõ succedant cum masculis: tale statutum forenses non ligaret: & hec distinctio fuit Barto. & Bald. prius ibidem sub longe amplioribus & diffusioribus verbis.

Ioan. de Imola.

¶Vide de hac questione in indiuiduo Ioannẽ de Imola in capitulo cum olim. de cleri. coniuga. in fine. vbi dicit. Est consuetudo in aliquibus partibus q; primogenitus succedat in totum an trahatur ad forensem existẽtem in loco. Et concludit q; si cõsuetudo vel statutũ habeat q; res morientis deueniant ad primogenitum: tunc si ibi forensis moriatur relictis rebus aliquibus & filijs habebit locum in talibus rebus: quia statutum dirigitur ad res que sunt subiecte statuenti: secus si diceret primogenitus succedat: quia tunc non comprehenditur forensis: quia non est subiectus statuenti. Et ita redit ad distinctionem Barto. & Baldi supra relatam.

Iason de Mayno.

¶Dominus Iason de Mayno in lectura dic. l. j. col. ix. & in repetitiõe eiusdẽ. l. col. xxj. versi. secundũ dubium est. Refert in hoc puncto diuersitatem opinionũ. & dicit q̃ Iaco. de Are. in quadam sua disputatio. tenuit q̃ forẽses nõ comprehẽdũtur statutis & cõsuetudinibus locorum. & idem tenet Oldra. consi. ccxlviij. vbi facit mentionem de cõsuetudine ciuitatis Parisieñ. qua habetur q̃ marito premoriente dimidia pars lucri per maritum acquisiti durante matrimonio applicatur vxori superstiti. Et ibi cõcludit q̃ forẽsis existẽs in vrbe Parisieñ. non ligaretur illa consuetudine: quia consuetudo est localis & non ligat nisi subditos. C. que sit longa consuetudo. l. ij. ff. commu. predi. l. venditor §. si constat. & expresse distinc. xij. c. illud. Sed do. Iason ibidem dicit q̃ Barto. Fulgo. & Salice. contrarium tenent: & prosequitur de validitate testamẽti illius loci an sit validũ. de qua questione vide dicta per eum: quia nihil ad propositum. Et ad. l. j. de emãcipa. libero. dicit q̃ licet nullus aduertat tamen nõ probat q̃is per Bar. & cõmuniter docto. ad hoc inducatur q̃ forenses ligantur consuetudine alteri⁹ ciuitatis: quia ibi tex. expressam facit mẽtionẽ de forensibus: nos autẽ loquimur quãdo nulla fit mentio. Sed sustinẽ do Barto. dicit q̃ respõdendum est sic: & fatetur se aliter respondere non posse. q̃ licet tex. faciat mẽtionem de forensibus: hoc nihil est quia non potest in forẽses aliena consuetudo statuere: sed ibi determinatur q̃ in his que sunt voluntarie iurisdictionis ligantur forenses vt est emancipatio: secus in his que sunt iurisdictionis contentiose: puta que in inuitum redduntur. vt. l. ij. & ibi glo. ff. de offi. proconsu. & lega. vt sumus in proposito. Et ad alia fundamenta Barto. respondet. vide per eum. ¶Reperio Panor. in. ca. qd̃ clericis. vj. col. de foro competenti. vbi tenet cum Bar. vbi supra. ex quo formaliter infert q̃ si statuto aut cõsuetudine caueatur q̃ priogenitus succedat in certa parte non ligabitur forensis secus si dicat bona defuncti ad primogenitum pro tali parte deferantur. & ibidem And. Barba. Ita simpliciter trãsit. col. xiiij. & vide eundẽ consi. lxxv. ¶Alexander de Imola hanc questionem tangit in. v. volu. consi. xliiij. vbi concludit in facti contigentia de qua ibi q̃ statutũ Ferrariẽse: nec ligat nec ligare potest forensem inducens expresse ad questionem hanc de primogenito: & ad confirmationem adducit Calde. cõsi. xxxiiij. de testa. & eius dicta refert tãq̃ Calde. tamen vere illud fuit consilium Francisci de Ramponibus: vt patet ex principio & subscriptione illius consilij: vltra istud consiliũ Alex. vbi supra plura scripta doctorum adducit signanter Cy. in. l. j. vltima questione. C. que sit longa consuetudo: vbi tenet q̃ si statutum sit Imole vt null⁹ possit blada extrahere q̃ Bononienses nõ tenebũtur stare illi statuto. Nec obstat. l. si pẽdẽtes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruc. quia ibi non dicitur q̃ esset forensis. Item pro hoc adducit Guidonem de Suza. in questione statutorũ: que incipit/sed pone questionem: & alia questione incipiente/questio talis est Bononiensis conuentus. vbi in vtraq; dicit q̃ forenses non ligantur statutis: quia cum nõ comprehendantur quo ad hoc vt nocere eis possint nec comphendãtur quoad hoc vt prodesse possint argu. l. fi. C. de fructi. & litiũ expen. & l. penul. C. cõmuni diuidũ. & l. in sacris C. de proxi. sacro. scrinio. & iniquũ esset vt haberet emolumẽtum ex statuto ex quo lesionẽ habere non compellitur. argu. l. j. §. pro. ij. in fi. C. de cadu. tollen. pro quo vide Albe. in secũda parte statu. questiõe nona. ¶Adde etiã cõsiliũ Sozi. cclliij. vbi per hanc eandem rationem ita voluit. & ibi in fi. adducit Bartolum in tracta. represaliarum in. v. questione principali. col. j. vbi dicit q̃ forenses qui non ligantur statutis non gaudẽt beneficijs statutoꝝ: vt etiã voluit Paulus de castro in. l. omnes populi. ad fi. ff. de iusti. & iu. vbi dicit se semel respondisse Bononie. vbi erat statutum q̃ villa teneatur de damno dato si ignoratur a quo datum fuit q̃ Forẽsis cui datum erit damnum nõ gauderet beneficio illius statuti. Adde etiam ad predicta Sozi. consi. ccxlj. colum. v. in fi. vbi idem dicit vt supra. & allegat Ange. consi. lxxiij. incipien. in statuto florẽtino & Ro. cõsi. cccxxxiiij. & Paulũ de Castro consi. cccxliij. Hec igitur bene faciant ad confirmationem eorum que dicuntur per Alex. vbi supra. & ideo profecto Alex. ibidẽ colum. v. versic. ex hac ratione recte dicebat q̃ Barto. non somniauit ponendo differẽtiam vbi verba statuti diriguntur in personam vel in rem: immo fortius dicit Alex. vbi supra. q̃ q̃is is de cuius successione agitur non sit forensis tñ hoc satis est vt persone que succedũt sint forenses: qm̃ ad hoc vt sequatur ligamen statuti aut consuetudinis opus est vt vtrunq; extremum sit habile.

¶Nouissime pro ampliori explanatione huius questionis reperio Rochum de Curte in sua repeti. c. fi. de consue. questione. xij. principali mouentem questionem: vbi etiam concludit q̃ cõsuetudo non ligat forenses: rationem assignans: quia vnaqueq; prouincia suo sensu

Abbas panormitanus.

Alexãder de Imola.

abundat.c.certificari de sepultu.& hoc satis late examinat.& tandem colum.v. limitat quãdo consuetudo disponit circa personas :secus autem si disponeret circa res scdm Barto.supra allega.per quam limitationem expresse infert q; si statutum disponat q; bona decedẽtis deferantur ad primogenitum:tunc tale statutum comprehenderet forensem decedẽtem qui ibi haberet bona.& pro hac resolutione cõmuni adducit multos docto. hanc opinionẽ firmantes.& signanter Sozi.in consi.ccxxxj.vbi consuluit q; si statuto aut consuetudine caueatur q; instrumentum habeat executionem paratã non habebit locum in forensi:quia non vtetur priuilegio illius statuti.Nec obstat si dicatur q; modus exequendi concernit processum & ordinem procedendi:& ita q; sint seruanda statuta loci iuxta no.per Bald.etiam in materia executionis in.d.l.j.C. de summa trinita.versi.viso de iure persone.& eundẽ Bald.in.l.j.C. de cõfess.& Bal.etiam in pluribus alijs cõsilijs citat.& pro hoc allegatur tex.in.l.missi opinatores. C.de exacto.tribu.libro.x.Quia respondet Sozi.vbi supra q; in concernentibus processũ vbi datur aliquod beneficium voluntarium non extenditur ad forenses nec forensis potest vti eo scdm Paulũ de Castro consi.ccxliij.vbi formaliter dicit q; quãdo statutum inducit certũ modum ex priuilegio seruãdum in iudicijs forensis non debet eo vti sicut nec subit onera cõmunitatis.ar.l.si vnus.§.si vnus.ff.pro socio & ad hoc adducit Ludo.Roma. consi. ccxxij. alias.ccxxiiij.& Ange.consi.lxviij.alias lxxiij. vbi inter cetera duobus iuribus mouetur:scilicet per.l.j.in fi.ff.de tuto.& curato.datis ab his &. c. ecclesia sancte Marie. de constitu. extra. Aduerte q; consilium Sozi. de quo supra fecimus mẽtionem nouissime repetitur. cõsi.cxx. nec discriminis reperies vnum iota.& adde aliud consilium.ccxcj.ad princi. de quo tamẽ statim faciemus mentionem. ¶Sed redeamꝰ ad dicta Rochi de Curte quẽ supra rettulimus Dicebat ergo Rochus vbi supra q; primogenitus forẽsis gauderet prerogatiua statuti aut consuetudinis quãdo statutum est aut consuetudo est scripta in rem:secus si in personam.ex quo inferebat Petrũ. de Ancha. male dixisse in.c.canonum.questione.xij.versic.iuxta predicta de constitu.extra.q; cõmunis est resolutio contra Barto.& Bal.quia vt ex precedentibus videmus aliter est:& ideo conclusio est cõmunis cum Barto.& Bal.quicquid dicat Pet.& hanc conclusionem cõmunem dicit esse verã. Rochus etiam in ciue nouello:quia quod dicitur de forensi habet locum in ciue nouello.l. qui cum vno §.fi.ff.de re milita.quam ad hoc facit singularem Ludo. Roma. singula.lxxiij. vbi adducit Bal.in.l. data opera. C. de accusa. pro hoc etiam adducit Rochus Barba.in.d.c. canonum.colũ.xiiij.& Do. Iaso.in.d.l.j.C. de summa trini. colum. xvj. Aduerte tñ q; quicquid dicat Rochus supra Ludo.d.l.qui cũ vno §.fi.non facit singula.imo reprehendit eos qui singularem illam faciũt:quia pro hoc dicit esse bonum tex.in simili in.l.qui cõmeatus ad fi.ff. eo.ti.de re milita.& vltra eum adde bonũ tex. in.c.accusatores.iij.q.v.ibi nudiustertius ei inimici fuerũt.vbi probatur q; paria sunt/esse inimicũ & nouiter recõciliatum.& hũc tex.multũ extollit Ioan.de Ana.& Feli.in.c.cũ oporteat de accusa.sic intelligens & restringens.§. item propter inimicitias insti. de excusa. tuto. &.l.athlete §. remissionum.ff.de excusa. tuto. sic ergo in simili paria sunt/esse forensem vel ciuem nouellũ. ¶Ex predictis igitur vides resolutionem esse cõmunem q; regulariter statuta & cõsuetudines locorum nõ ligant forenses quãdo sunt scripta in rem:secus si in personam.Amplia hanc conclusionem vt procedat siue in fauorabilibus siue in odiosis.Albericus in secunda parte statu.questione.ix.Alexã.cõsi.xliiij.de hoc ample supra diximus.

¶Limita tripliciter. Primo quando consuetudo esset limitata expresse ad ciues & personas ciuitatis in qua est cõsuetudo: quia esto q; primo verba statuti aut cõsuetudinis essẽt scripta in rem tamen debent intelligi & modificari ex limitatione subsequente.argu.l.fi. C. de testa. &.l.in agris.ff.de acqui. rerũ do. limitata enim causa limitatum debet producere effectum. vt nota.in.l.age cum gemi.C. de transac.l.ij.ff.de ser.expor.& ibi Bal.l.cum seruo. ff. de contrahen. emptio. Secundo limita nisi consuetudo aut statutum respiceret vtilitatem cõmunẽ: quia tunc esto q; esset scripta in personam ligaret forenses: vt q; nullus vẽdat pisces mortuos argu.l.j §. cura carnis. ff. de officio prefec. vr. Ita notabiliter dicit Cy.in.l.j.C. de summa trinita.colum.quarta post Iaco. de Rauẽ. Considera per hanc limitationem si statutum de primogenito posset extẽdi ad forenses quasi versetur vtilitas publica in defensiõe iuris primogeniture:aliqui voluerunt dicere q; sic:sed certe non video publicam vtilitatem resultantẽ: imo potius dijudicarem incentiuum iacture & seminarium discordiarum. vt j. deducemus. Tertio limita nisi forẽsis in loco statuti aut cõsuetudinis haberet domicilium:tunc em̃ ratio

Qã statutũ sit in ordinatione processus seruandũ.

Ciuis nouellꝰ equiparat forensi.

Cõclusio.

Limitata causa producit effectũ limitatum.

ne domicilij posset vti beneficio statuti aut cõsuetudinis.ad hoc vide Sozi.consi.cccxxxj.colũ.vj.per.l.j.ff.ad municipa.& consi.ccxlj.colũ.v.in fi.expressius & in indiui duo eundem Sozi.consi.ccxcij.vbi in partes arguit:sed tandem hãc partem firmat & multis corroborat vt videbis per eum:intelligens tamen & declarans hoc verum quãtum ad bona sita in territorio illius statuti aut consuetudinis : quia quantum ad bona alibi sita seruande erunt consuetudines aliorum locorũ:vt supra etiam ample deduximus. Pro hac limitatione videatur Roch⁹ de Curte vbi supra col.vj. versi. quarto limita. vbi inter cetera adducit Pe.de Ancha. in.c.canonum supra allega.de consti. extra. vbi dicit q̃ ista est cõmunis sententia. allegat etiã Pau. de castro consi. ccclxxvij. adducit etiam Iaco. Butriga. Albe.Bald.Salice.l.j.C.de summa trini. Ioan.de Ana.cõsi.iiij. ¶Certe in hoc nõ video magnam difficultatem:quia istud videtur mihi textualiter decisum per.l.j.in fi.ff. de tuto.& curato.da.ab his.vbi dicit tex.eis tñ permittitur qui sunt eius prouincie vel domicilij habẽt:& ita textus equiparat eos qui sunt alicuius prouincie & eos qui ibi domicilium habent. ¶Sed adde fortius q̃ idem sit in eo qui est in ciuem receptus qui appellatur ciuis adoptiuus. C.de appel.& Raph. comẽ.& Bart.in.l. si is qui pro emptore.ff. de vsuca.Cy. expresse in.l.fi.C. de his qui veniã. eta. impetra. vbi dicit q̃ si statutum vult q̃ omnes ciues habeant tale priuilegium forẽsis receptus in ciuem habebit vt originari⁹ per tex.in.l.sed si hac.§.sed & si ius annulorum. ff. de in ius vocan. Bal. in .l.iij.§.hec verba.ff. de nego. gest. vbi dicit q̃ si statutum punit offendentem ciuem certa pena punit etiam offendentem receptum in ciuẽ quia priuilegium equipollet nature scdm Ioan. And.in.c.fi. de consue. in sexto. in nouella. & hoc in fauorabilibus scdm Bald.in.l. ciues. C. de inco.libro.x.licet ipsemet Bald.etiã in odiosis ita tenuerit. De hoc vide ample per do. Iaso.in.d.l.si is qui p emptore.colũ.lxviij.vbi inter cetera refert Ange.in. l. adoptiuũ.§. patronum.ff.de in ius vocan.vbi dicit per illum tex. q̃ beneficia concessa ciuibus cõtinentia honestatem extenduntur ad illos qui sunt recepti in ciues.& dictis Iaso.adde Bar.& Bald.in.l.iij.C. de natura.libe. vbi colligunt q̃ ciuilitas & patria idem significant & important. adde etiam tex.in.l.si in patria.& ibi no. Barto. C. de incolis.libro.x.& per hec erit ad saturitatẽ examinata hec questio.

Ciuis adoptiuus.

Priuilegiũ equipollet nature.

Ciuilitas & patria idẽ importãt.

Questio Vndecima.

¶Vtrum primogenitus gaudeat prerogatiua consuetudinaria in preiudicium secundogeniti clerici.



Sed queritur quid si secũdogenitus sit clericus & primogenitus laic⁹ vtrũ primogenitus consequetur iura primogeniture consuetudinaria in preiudicium secũdogeniti. Et profecto hec questio clarissimum habet discrimen a questiõe illa de qua superiore libro diximus. Vtrum clericus iure primogeniture gaudere debeat. Nam ibi agitur de fauore clericorum & lucro captando hic de preiudicio ipsorũ. Idcirco longe maior videtur esse ratio vt ibi comprehendantur in fauoribus q̃ hic in odiosis. Odia enim cõuenit restringi & fauores ampliari vulgatis iuribus. Et ideo nota.dicit Hostien.in.c. fina.ne cleri. vel monachi.in fine. Queso non odiosum sed fauorabilem inuenient te fauores. Hinc dicit Bald.in.l.cunctos populos.C.de summa trinita.& fide catho.xj. colũ. q̃ statuta generaliter loquentia includũt clericos inclusione fauorabili sed non odiosa. Et ideo parcant mihi quidam qui in suis interpretationibus allegãt Io. And.in regu. sine culpa in mercuria. ꝓmiscue ad vtrãq; questionem:quia inaduertenter profecto allegãt. Nam vt oculari fide constare potest in predicta regu.col. penul. versic. quia. in precedenti articulo non illam mouet questionẽ sed hanc de qua in presenti agitur: quando scilicet secundogenitus est clericus. Vtrum cõsuetudo iuris primogeniture sibi preiudicet:lõge enim diuersa est ratio. Et ibi Io. And.arguit in partes:ex cuius dictis aliqua hic inseremus pro ampliori elucidatione huius questionis.

¶Et primo q̃ preiudicet consuetudo de primogenitura loquens clerico secundogenito arguit quia propter clericatũ vasallus feudũ perdit.vt est tex.iuncta glo.in.c.vnico de vasal.mili. qui ar. belli. depo. &.c. vnico. an mutus vel alias imperfec.cum aliis simi. tex. ¶Item secundo.Ex quo clerici consuetudines pro se recipiunt ergo etiam debent recipere contra se. c.fina.de vita & honesta.cleri. Et precipue dicit Io. And.quia consuetudo talis est sup equitate fundata scilicet ne patrimonia ãnihilẽtur se remittens ad ea que scripsit in.c.licet.de voto extra. Et plura etiam ad corroborationem refert de quibus vide per eum. ¶Tertio.quia quorum est eadem origo eadem est ratio. c.j. de cleri.peregri.c.ex parte de deci. cũ simi.lo.

Pro parte affirmatiua.

sed omnes nascimur nudi & laici.c. sicut.xliij. distinct. nec quis naturaliter clericus est: immo nec infanti cõfertur ordo.c.fina. de tempo. ordinã.in.vj.ergo eque ligabit ipos clericos: quia clericat⁹ nihil addit vel aufert quo ad ius alteri⁹ sicut nec baptismus. ¶ In contrarium arguit: quia fit equiparatio legis ad consuetudinẽ.l.de quibus.ff. de legi. cum simi. Sed lex non ligat nisi subditos.l.fina.ff.de iurisdi.omnium iudi. capitulo fina.de constitu.in.vj.ergo &c. Q⁹ clerici non sunt subditi probatur in.c. si diligenti de foro compe.cum simi.nã diuisum imperiũ cum Ioue Cesar habet.c. nouit de iudi.cum similibus. ¶ Secundo statuta minorũ non ligant maiores.c.cum inferior.de maio. & obediẽtia. sed clerici maiores sunt laicis.l.iij.C.de summa trini. Et ideo antiquitus plebiscita non ligabãt nobiles.l.secunda §.demum.ff.de origi. iur.& §. plebiscitum institu. de iure natura.genti.& ciuili.& hec duo fundamenta in effectu prius fuerunt Cy.in.l.ij.ad fi.C.que sit longa consuetudo. ¶ Tertio qa cõsuetudo est grauosa eccle siis:& ita nec eccias nec clericos ligat.c.ecclesia sancte Marie de cõstitu.cassa.de sacro eccle.cũ simi.c. primo de consue. extra. Item quia ista consuetudo est irrationabilis: quia aufert ius alterius: & ideo reprobanda.c.penulti. de consuetu. ¶ Sed post hec argumẽta cõcludit Ioan. And.q⁹ certe hec cõsuetudo ligat clericos etiã in preiudicium eorũ per allega. in prima parte: alias sepius posset fieri fraus primogenito: quia alius promoueretur ad ordines vt affectã notabilem fratris primogeniti quotam heredi tatis impediret: quas fraudes iura abhorrent.c. quanto de diuortijs.l. in fundo. ff. de rei vendica. Subiungit q⁹ opinio Hostien. & sequaciũ qui contrariam partem fouent procederet qñ iam ante statutum vel cõsuetudinem erat clericus: & ita vult q⁹ si tempore cõsuetudinis introducte quis iam fuisset clericus nõ ligaretur. ¶ Adde Prepo.i.c.per venerabilẽ qui filij sint legitimi extra.§.quod autem.colũ.xxxij.versicu.vlterius ex consequentia predictorum.vbi simpliciter transit cum hac resolu.Ioan. And. Et se remittit ad ea que refert se magistraliter dixisse in.c. qđ clericis de foro cõpe. ¶ Hãc q̃stionem tangit Franciscus de Aretio. in dic.c. quod clericis. vbi dicit q⁹ predictã distictionẽ Hostiẽ.ponit Barto.i.l.fi.ff.de pac. & Bal.in.l. deo nobis .C.de episcopis & clericis. vbi voluit q⁹ si statutũ excludit filiũ religiosum a successione: & queritur vtrum valebat distinguendũ est. Aut statutum loquitur per verbum preteriti perfecti & sic significat actum consummatum.l.j.&.ij.ff. q⁹ quisq; iur. & tunc non valet statutum: quia disponit in eum qui est iam ecclesiasticus: quod facere nõ potest.xcvj. distinctio.c.bene quidem. Aut excludit ingredientem per verbum imperfectum & tunc valet statutum: quia iniecit vinculũ exclusiuum ante religionem. Nam ingrediens non est adhuc ingressus.l.arboribus §. primo.in glo. &.l. qui duo.ff.de manumis.testa. ¶ Sed dicit Franci⁹ q⁹ ista distinctio est multũ dubia. Primo si qualitas legis vel statuti aut consuetudinis que debeat excludere attenditur inspiciendum est tempus quo defertur successio.vt.l.si cognatis ff.de rebus dubijs: sed eo tempore est clericus ergo &c.& ideo frustra distinctio fit. Aut statutum iniecit vinculum ante clericatum: quia exclusio non videtur fieri nisi quo tempore defertur hereditas sicut nec repudiatio.l. qui superstiti.ff.de acqui.heredi. Ratio: quia propter inclusum excluditur excludendum. Bar.in.l. secunda §. videndum.ff. ad tertullianum. Sed primogenitus non potest dici inclusus anteq̃ deferretur sibi successio nisi spe & destinatione que spes & destinatio non habent causam de preterito scđm Bart.in.l.is potest.ff. de acqui. heredi.& sic dicit q⁹ de subtilitate non videtur procedere hec opinio: tñ in fi. dicit tenendã esse opinionem Ioan. And. quia cõmunior est. Vide Ioannem de Imo.cõsi.xxxv.columna prima.vbi per Ioan. And.in dicta regu. dicit q⁹ cius originarius ferrarien sis licet postea factus sit ciuis Venetus non gaudebit priuilegio Venetorum in debitis contractis tempore ciuilitatis Ferrarieñ. Per illam decisionem Io. And. vide etiam Felinum in.c. ecclesia. de constitu. colum.xxxvij. Ibi decimo quinto quero dicẽs q⁹ ibidem Anto. Imo. & Panor. hanc decisionem Ioan. And. sequuntur. Et subiungit scđm Panor.in dic.c.quod clericis.colum.xij. q⁹ vbi ius agendi causaretur ex facto clerici vel quasi vt quia cum eo fuit contractum vel ante clericatum/ tunc ex quo ius agendi est ortum ante clericatum iudicabitur in vtroq; foro scđm ius ciuile per tex. in.c. constitutus de in integrum restitu. Et ad hoc adducit etiam Ioan. And. & do. Anto. in.c.primo. de obliga. ad ratiocinia. Bar.in.l.prima.ff.de penis. Bald.in.l. officialis C.de episco.& cleri vbi volunt predicti docto. q⁹ superuenientia clericatus non impedit causam prius inchoatã coram seculari. Sed dictã decisionem Ioan. And. limitat scđm Calderi. in disputa.incipien.statuto ciuitatis.vbi dicit q⁹ dicta decisio procedit in his que sortiuntur vim tutem suam ante clericatum vt est in primoge-

Pro parte negatiua.

Diuisum imperiũ cũ Ioue Cesar habet.

Verbũ p̃teriti per fecti & imperfecti.

Propter inclusũ excludit excludẽdũ.

nitura:quia vt dicit ipse ius primogenite est inchoatum immo integraliter acquisitum etiã ante mortem patris scdm Do. Ioan. And. vbi supra, secus in his que habuerunt initium ante clericatum & consummãtur postea:vt si statutum prohibet probari solutionem debiti per testes & laicus post solutionem factus clericꝰ velit probare per testes poterit/quia non ligatur tali statuto: & actus probationis imminet tempore clericatus. Et ita tenet Petrus de Ancha. in regula ea que. de regu. iur. in. vj. Et dicit Felinus ꝙ ista declaratio est multum necessaria:alias multa absurda sequerentur & de modo cognoscendi effectum vinculi iniecti ante clericatum se remittit ad disputa. Anto. que incipit ſtãte statuto municipali. ¶ Adde etiã Sozinum consi. ccxlj. secũda colum. in indiuiduo post Io. And. in dicta regu. sine culpa. vbi dicit ꝙ stante consuetudine ꝙ primogenitus succedat in regno si tẽpore quo inducitur talis consuetudo vel statutum secundogenitus est persona religiosa non afficitur talis secundogenitus:pro quo adducit Lappum in allegatione sua centesima. Plures etiam alios citat ita tenẽtes de quibus ad ipsum recurre signãter in. vj. colum. vbi iterato illud dictum Ioan. And. de primogenito repetit rationem assignans:quia statutum ligauerat secũdogenitum ad nõ succedendum:& detulerat ius primogenite primogenito quo iure primogenite sibi debebãtur bona etiã a patre inuito:vnde subseqnte clericatu nõ potuit auferre ius quesitũ primogenito. Et pro hoc adducit Paul. de Castro qui hanc rationem latius explanat consi. cccxxv. Et subiungit ꝙ licet talis spes succedẽdi viuẽte patre non videatur esse considerabilis tamẽ immo est. Nam vt dicit Paul. de Castro in predicto consi. Filij habent etiam viuentibus patribus probabilem spem succedendi: vt notat Barto. in. l. prima §. pater. ff. de acqui. heredi. ergo non potest talis potentia etiam viuentibꝰ parentibus auferri & sub aliqua conditione alteri concedi. argu. l. statius florus §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. & l. peto §. predium. ff. de lega. secundo. ¶ Ad predicta vide etiam Ioan. de Imo. in. c. quod clericis de foro compe. extra numero. ix. vbi dicit ꝙ statutum disponẽs ꝙ agnati excludant feminas non preiudicat femine que tempore statuti erat facta monacha:& ita tenet Salicetus in dicta aucten. cassa. colum. penulti. & vltima. vbi dicit ꝙ in facti cõtingentia determinatum fuit in persona episcopi Imolẽ. ꝙ si statuto cauetur ꝙ extantibus agnatis vsq; ad certum gradum cognati non succedãt:Clericus in sacris constitutus cognatus non sit exclusus si ex tunc clericus erat ante statutum conditum. Vide Do. Iasonem in. l. placet C. de sacrosanc. eccle. vbi late de hoc & latius q̃ alibi. vide in indiuiduo Albertũ Brunum in suo tractatu de statutis feminas & cognatorum lineã. &c. articu. vj. secũda. q. signãter col. iiij. ad finem. vbi tenet ꝙ statutum quo cauetur ꝙ extantibus masculis femine non succedant cõprehendit clericos. Et subiungit maxime hoc ꝓcedere in eo qđ dr de priogenito:quãdo ex statuto vel cõsuetudine in successione prefertur vt excludat secundogenitum etiam clericum scdm magis cõmunem opinionem. & hoc generaliter procedit scdm eũ non facta differentia. An statutum sit scriptum in rem vel in personam vt distinguebat Bald. & post Bald. Baptista de sancto Seuerino in dic. l. cũctos populos circa finem & diffusissime prosequitur vt videre poteris per eum. ¶ Sed vide Geminia. & Prepo. in. c. primo. x. disti. vbi dicunt ꝙ si statutum vel consuetudo est indifferens:quia potest se habere ad damnũ & cõmodum tunc ligat clericos & ecclesias scdm Bar. in. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide catho. tunc eũ non dicitur penalis Panor. in. capitulo prio. de operis noui nũcia. in quarto. nota. sic est in proposito: quia si clericus sit primogenitus gaudebit iuribus primogenite:si secũdogenitus primogenitus in eius preiudicium iuribus primogeniture gaudebit. Licet Bal. contra hanc doctrinam tenere videatur in auctentica cassa & irrita. C. de sacrosanc. eccle. Anto. de Butrio. in. c. fina. de vita & honesta. clericorum. Et subiungit ibidem Prepositus ꝙ Ioan. And. distinguit in dicta regu. sine culpa. ꝙ an ꝓsuetudo vel statutũ iniecerit vinculũ ante clericatum vel non:quod tñ dicit esse verum scdm Hostien. in sumi. in titu. de cõsue. §. que cui. versicu. sed pone. nisi cõsuetudo cõmuniter esset obseruata tam inter clericos q̃ inter laicos:quia tũc etiam ad clericos talis cõsuetudo extenderetur per. c. cũ venissent. de eo qui mitti. in possessio. &. c. cũ causa de re iudi.

Filij viuẽtibꝰ patribus habẽt probabilẽ spem succedendi.

¶ Ex predictis ergo vides resolutionem esse communem ꝙ statuta laicorum clericum secundogenitum ligant. Et licet videantur velle communiter doctores vt procedat hec cõclusio in his qui tempore consuetudinis introducte clerici nondum erant. Tamen credo ꝙ vbi clerici consuetudine laicorum etiam introducta post clericatum vti vellẽt pro se ꝙ tenẽtur etiam cõtra se recipere. pro quo vide glo. multum singularem in. c. placuit. xvj. questione. iij.

Resolutio

que vult q̄ ecclesia non potest acceptare pro se legem bene a zenone: quia non acceptauit contra se. De hoc vide Rochum de Curte in suo tractatu de consuetudine questione xj. colum. quinta ad finem. vbi dicit q̄ licet quando consuetudo est fauorabilis clericis comprehendat clericos: hoc verum est dummodo clericus volens vti statuto pro se etiam acceptet contra se Vide etiam eundem Rochum eadem questione colū. ix. vbi ad hoc plura cumulat. ¶ Tamē obstare videtur glo. in. c. nouit de iudi. in ver. quicūq; vbi ecclesia pōt p̄ se legē acceptare: & cōtra se acceptare nō tenetur. vt ibi per illā glo. etiā notat Panor. & ita ibi cōiter docto. Item qđ non est ad sui postulationem concessum potest quis pro se acceptare: sed contra se non tenetur glo. fina. & ibi Panor. in. c. secundo. de mutuis petitio. glo. in auctentica quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. in ver. excludūt. ¶ Sed respōdere potes q̄ predicta procederent in his que simpliciter sunt concessa ecclesijs in priuilegiū quia nō tenentur contra se acceptare vt supra. sed nos hic loquimur quando non in priuilegium simplex: sed ex communi consuetudine aliquid statuitur: quo casu vel omnino repudiare vel omnino amplecti status clericalis debet. argu. eorum que habentur in Rub. & nigro. ff. quod quisq; iur. Et pro hoc vide in indiuiduo quendam in repertorio Felini in colum. iiij. versicu. statutum quod disponitur. Et ratio ibi assignatur: quia statutum istud se habet ad cōmodum & incōmodum clericorum. & ad hoc adducitur Panor. qui ita tenet in. c. constitutus de in integr. restitutio. & dic. c. primo. de noui ope. nuncia. Et vltra ibi allegata vide Sozinum consi. xlv. colum. secunda. in nouis. vbi Sozinus adducit Panor. cōsi. lxxij. Et in his terminis procedit quod dicit Ioan. de Imo. in. c. ceterum. de donatio. colum. prima. q̄ consuetudo terre seu loci ligat ecclesiam sicut etiam & minores. Hodie autem apd̄ nostrates videtur esse sublata hec questio: cum cōsuetudines nostre in earum publicatiōe ab ecclesiastico statu recepte sint. Ita q̄ promiscue se habent ad clericos & laicos: & sic dubium non est clericos ligari iuxta ea que dicit Prepositus in canone primo in fine. x. distinctiōe. post Hostiensem. in Summa de consue. ff. que cui. versicu. sed pone. ad hec vide Rochum de Curte in predicta questione vndecima. columna tertia. versicu. primo igitur. vbi aliqua cumulat que ex te ipso videre poteris.

Ecclia aliquid acceptat p̄ se et nō contra se.

¶ Questio Duodecima.

¶ Vtrum ius primogenite in dignitate imperiali aliquando locum habuerit / & an hodie locum habeat.

Sed queritur vtrū ius primogenite competat filio primogenito imperatoris: ita q̄ imperialis dignitas eo iure sibi debeatur patre imperatore defuncto. Et breuiter hodie dicendum est q̄ non: quia imperiū electione & non successione queritur. vt est tex. apertus & famosus in. c. venerabilem. §. eos de elec. extra. Vbi ita notant docto. signanter Cardi. de Zabarel. in tertio notabili. ad hoc adducēs dictū Valerij libro quarto. c. primo. vbi refert de Fabio Maximo q̄ cū ipse quiquies & pater auus & proauus & maiores consulatum gessissent, impediuit ne filius cōsulatē gereret dignitatē: nō diffidēs de ipsi⁹ viribꝰ: quia illustris erat: sed ne tandiu in vna familia continuaretur imperium. ¶ Petrus de Ancha. in p̄dicto. c. venerabilem in. ij. notabili fortius dicit multū singulariter q̄ nedum imperium non debetur per successionem: immo fortius nec per electionem pluribus de eadem stirpe: qđ dicit verum generaliter in dignitatibus ne videātur dignitates hereditarie cōtra. c. penul. extra de prebē. huiusmodi etem electio videretur esse quedā hereditaria successio: qđ nota contra catholicū regem Hispanie nuper in regem Romanorū electum licet nepos esset nouissimi regis Romanorum. ¶ Ad hoc vide Panor. in eodem. c. venerabilem. colum. v. vbi dicit q̄ dignitas que defertur per electionē nō debet successione deferri pluribus de eadē domo: ne potius videatur dignitas delata ex successione q̄ ex electione: & subiungit q̄ ad hoc non aduertunt nōnulli imperiti & improbi laici: qui sepenumero instāt vt beneficiū aliquod non exeat familiam eorum / allegātes antiquitatem pro causa: dicentes q̄ iam diu beneficiū illud semper fuit collatum alicui de domo eorum. Nam / dicit ipse / hec sola allegatio potius debet esse sufficiens ad impediendum collationem alicui de domo fienda: nam si istud debet seruari in dignitatibꝰ secularibus / fortius in ecclesiasticis. argu. c. ad extirpādas extra de filijs presby. Hec sunt verba formalia Panor. aureis litteris digna.

Imperiū electiōe & nō successione queritur.

Nota

Cōtra perpetuātes i domibus suis certas dignitates

¶ Notāter supradiximus hodie electiōe trāsferri imperium: & sic non deberi iure primogenite ipsi primogenito. Nam autiquitus successione querebatur scdm Azo. in Summa sua

Antiquit⁹ imperiū successiōe q̄rebatur.

C ad legem iuliam de adul. & pro hoc est tex. in Canone. Adrianus. j. lxiij. dist. ibi & ad filios eius Constantinũ/ Leonem Augustos Constãtinopolim direxit. iuncta glo. in verbo Augustos. que dicit q̃ etiam filij imperatorũ dicuntur Augusti: quia sperabatur q̃ esset futuri imperatores: & q̃ sicut imperator dicitur Augustus: quia illius propositi debet esse vt augeat: sic & filius Imperatoris potest dici Augustus quia & hoc propositum debet habere cum habebit imperiũ. & ita ibi post glo. expresse no. Prepo. dicens q̃ filius Imperatoris anteq̃ per electionẽ assumeretur succedebat. c. in apibus vij. q. j.

Filij imperatorũ dicũtur Augusti.

¶ Pro hoc vide Albe. de Rosate in. l. si mortis. C. ad legem falcidiam. vbi expresse dicit q̃ imperium antiquitus procedebat per successionem adducens aliqua iura id probantia: & signanter pro Iustiniano Imperatore qui successit Iustino adducit tex. in. §. est & aliud insti. de dona. De Eneade q̃ successit patri suo Enee allegat tex. in auctẽ. vt preponat̃ nomen imperatoris ad principium. Idẽ etiã ostẽdit de Pepino rege Francorum & filio suo Karolo/ & Ludouico filio Karoli: & alijs qui omnes fuerunt successiue Imperatores Romanorum. vt habetur in Lombarda titu. de episcopis & clericis. l. de iniustis Tholemeis. & l. in ecclesijs & cano. scdm canonica. xxiij. questione vltima. & per hoc videtur male dixisse Oldrad. in Rub. de officio comitis rerum priuatarũ. C. vbi volebat q̃ imperium nec sit nec fuerit vnq̃ per successionẽ adeptũ. de quo dicto meminit Alberic⁹ i. l. bñ A zenone. C. de q̃dri. p̃scrip. col. j.

De Iustiniano & alijs ĩperatoribus.

¶ Sed pro ampliori examinatione huius materie vt luculenter dignoscamus qualiter imperium originem habuit & quomodo & quando de hereditario factũ est electiuum. ¶ Sciẽdum est prĩo q̃ ardua fuit inter antiquos disceptatio de imperij origie & ũtio monarchie terrestris. vt refert Cardi. de Zabarel. in. c. venerabilẽ. §. verũ de elec. extra. col. iij. & sequenti. vbi pulchra admodum disserit de materia imperij: & inter cetera quo ad propositum dicit q̃ nulla potest esse disputatio minus vtilis: quoniã imperium partim acquisitũ fuit Romanis armoꝛvi. & idem dicit de Monarchia Assirioꝛ siue Babylonica: idem de Macedonica: que floruit sub Alexãdro. Idem de Carthaginẽsi sub Hanibale se remittens ad Titum Liuium secũdo de bello punico. Et subiũgit q̃ licet appellãtur Monarchie tamen nulla harum dñationũ fuit vniuersalis: quia dicit ipse se nunq̃ legisse q̃ Romani totum orbem habuerint.

De impetij origine

De q̃druplici monarchia.

¶ Albericus de Rosa. in. l. prima. C. de summa trini. & fide catho. col. v. idem etiã de origine imperij sentire videtur: dicens q̃ Romanũ imrium habuit a violentia & non a iustitia initiũ. Subiungit tñ paulopost: per longissimum consensum prouinciarum & populorum qui volũtarie subfuerunt imperio vitium violẽtie purgatum fuisse & dissensum transiuisse in cõsensum. argu. l. ij. &. iiij. C. de his que vi metusve &c. Et hoc considerato/ dicit ipse/ imperiũ iustũ censeri potest: ita q̃ omnes nationes debẽt imperatori obedire nisi exemptionem habeãt vt Francigene. pro quibus tex. in. c. per venerabilem qui filij sunt legiti. extra. & idem dicit de Venetis: de quibus attestatur Albericus vbi supra se vidisse bullam auream priuilegiũ exemptionis concessum duci & ciuitati Venetiarum continentem de alijs exemptis. vide eundem Albericum ibidem.

Iustificatio imperij.

Veneti habẽt bullã de exẽptione ab imperio.

¶ Petrus Bertrandi Cardina. Eduensis in suo tractatu de origine iurisditionũ. questio. prima ample de hac materia tãgit: & ibi dicit pagi. iij. & si aduertimus processum sacre scripture inueniemus clare q̃ potestas iurisdictionis temporalis seu secularis quãtum ad quattuor imperia videlicet Assyriorum & Chaldeorũ quãtum ad primum. Medorum & Persarũ quantum ad secundum. Grecorũ quãtũ ad tertium. Romanorũ quãtum ad quartũ non fuerunt a principio legitime introducta: sed per violentiam vsurpata. De primo imperio probat per illud quod habetur Genesis. x. De secũdo probat per id quod habetur Danielis. v. De tertio per id qđ habetur in principio primi libri Machabeo. De quarto puta Romano imperio dico hoc patere ex Chronicis & diuersis hystoriis. & subiungit q̃ in signum huius ortus imperij a violentia: hec quattuor imperia ostensa sunt Danieli in visiõe sub sĩlitudĩe nõ hoim sed bestiarũ: qa nõ insurrexerũt p̃ viã rõnis sed ipetu sensualitatis quãtũ ad primã sui originẽ. Siaũt ꝓcessu tẽporis hec regna aut imperia reducta sunt ad statum legitimum oportet q̃ hoc fuerit accedente consensu populi expresso vel interpretatiuo. Et ita reincidit cũ opiniõe Alberi.

De vsurpatione q̃druplicis imperij.

¶ Iacobus de Aluaro. in sua lectura sup feudis in titulo quis dicatur dux/ comes/ vel marchio. col. iij. & seqnti plura elegãtissime scripsit differẽs de multiplici ĩperio. vt supra dixim⁹. Sed vbi agitur de initio imperij tacuit dicẽs tm̃ q̃ a solo deo dependet per tex. in. l. j. C. de veteri iure enucle. in principio. &. c. quesitũ. xxiij. questione. iiij. cum alijs allegatis per eũ: subiungens hoc esse verum scdm determinationem matris ecclesie ante aduentum Christi: quia

post aduentum eius Imperiū fuit apud Christū & ei⁹ vicarium scilicet papā:ita q̄ non depēdet immediate ab ipso deo cum transferatur p Papam in principem secularem.d.c.venerabilem extra de elect.

¶Sed aduerre q̄ in q̄tū vult Imperiū habuisse initiū a deo hoc est indubitatū:quia certū est q̄ nō est potestas nisi a deo ad Romanos.xiij.c.cano.quū culpat.xxiij.q.vij.sed dicēdū est secundum p̄dictū Petrū Bertran.loco supra allegato pagi.prima q̄ potestas & dominiū regēdi populum est a deo q̄tū ad initiū:nō autē semper q̄tum ad acquisitionē vel vsum:videlicet quādo male acquisitū vel post acquisitionē homo male vtit q̄ amplius p̄sequit vt videre poteris p eū dicēs:sic intelligi illud Osee.viij.cap. Ipsi regnauerūt & nō ex me. Pricipes extiterūt & nō cognoui. Dicit etiā aliud verbū notabile q̄ q̄uis a principio quo Deus hominē creauit dederit ei vt preesset piscib⁹ maris & volatilibus mūdi, bestijs terre:vt dicit Gene. Primo tñ nulli hominū cōmisit specialiter dominiū sup alios homines:nec de hoc fecit speciale p̄ceptū,nec specialiter ordinauit.& ita infert q̄ nō aliter auctoritas iurisditionis secularis inter homines est a Deo,nisi in aliquibus de quibus deus specialiter ordinauit & mādauit q̄ preessent gētivt de regno Israelitico q̄ ideo dicit habuisse legitimū initiū eo q̄ Saul primus Rex fuit elect⁹ auctoritate dñi & ex cōsensu populi:& eo reprobato,p̄pter inobediētiā Dauid elect⁹ fuit a Deo & vnct⁹ p Samuelē.vt habet primi Reg.xvj.c. Filij etiā Dauidis ei in regnū successerūt ex ordinatione dei.& dicit Bertrādus vbi supra q̄ sicut priuilegia paucorū nō faciunt legē cōmunē: ita nec illud initiū legitimū in regno Israelitico facit vt & cetera regna & imperia dicant habere exordiū legitimū.& ita ergo cōcludēdū est q̄ auctoritas imperandi ab exordio vsurpata est: sed populi cōsensu vt volunt predicti doctores facta est legitima.& p hoc vide Panor.in.c.venerabilē.col.vj.de elec.extra vbi dicit q̄ illā q̄ habet.xxiiij.q.j.§.j. Romani virtutib⁹ q̄sierunt imperiū est intelligendū de virtutibus politicis non theologicis.

¶In q̄tum autem Iaco.de Alua.supra dicit q̄ post aduentum Christi imperium non dependet immediate ab ipso Deo, vet⁹ est p̄blema & antiqua (vt aiunt) rota siue cōtētio inter eos qui partes Romani pōtificis & eos q̄ iperatorie celsitudinis fautores fuerunt:& maxime tempore Ioannis pape.xxij.& successoris sui Benedicti xij.inter eos & dñm Ludouicū de Bauaria electū i Impatorē q̄ dicebat & p̄stāter asserebat dignitatē iperialē nō subesse pōtificie:ita vt ille vides Romanos pōtifices plures edisse p̄stitutiones arrogātes sibi ipsis supioritatē i impatores. Ecōtra p̄dict⁹ Ludouic⁹ de Bauaria elegātē cōstitutionē edidit papalib⁹ p̄stitutionib⁹ p̄trariā p quā statuit de p̄sensu suorū,p̄cerū q̄ imperialis dignitas & potestas est immediate a solo deo:ita q̄ nec pape nec sedis apostolice,aut alicui⁹ alteri⁹ approbatiōe,p̄firmatiōe/auctoritate indiget vel p̄sensu:ita q̄ p̄tra p̄sumptores aut p̄sumptiue asserētes cōtrariū oib⁹ feudis q̄ ab Imperio detinēt & oib⁹ gratijs/iurisditionib⁹/priuilegijs/ & imunitatib⁹ ab ipso:& p̄decessorib⁹ suis ipso iure & facto decreuit esse priuatos & crimē lese maiestatis incurrisse penisq; illi⁹ criminis subiacere. De qua p̄stitutiōe Ludouici vide alberi.de rosa.in.d.l.bene a zenone.col.vij.in fine vbi p̄dictā cōstitutionē de verbo ad verbū refert.& de p̄dicta p̄stitutiōe Ludouici meminit post albericā phil.dec.i.c.nouit.col.v.in fi.de iudi.extra nō est presentis speculatiōis nunc in illū nodose difficultatis labyrinthū incidere. Sed breuitatis gr̄a recurre ad Alberi.& Legistas doctores in dicta.l.bene a zenone.& ad Canonistas in.d.c. nouit.vbi cumulatissime comperies.

Cōstitutio Ludouici de bauaria

¶Viso de initio & origine Imperij quia supra dictū est aliquādo hereditariū fuisse. Nūc ostēdendum est qualiter de hereditario factū est electiuū.Circa qđ imprimis de trāslatiōe Imperij discutiēdū est quū ex ea tādem factū est electiuum vt inferi⁹ deducet.Aduertēdū est igit q̄ dicit glo.i.d.c.venerabilē.q̄ cū ecclesia Roma. opprimeret ab Aystulpho Rege Lōgobardorū petijt auxiliū a Cōstātino & ei⁹ filio ipatorib⁹ Et cū nollēt ecclie procinari,Stephan⁹ papa secūd⁹ natione Romanus transtulit Imperium in Carolum Magnū filium Pipini quē Zacarias papa predecessor eius substituerat Hylderico Regi Francorū depositō.vt habet.xv.q.vi.ca. alius.& trāslatio illa Imperij ad Carolū magnū fuit Anno dñi.dcc.lxxv.& subiungit glo.q̄ hic Carol⁹ coronat⁹ est a Leone papa tertio elapsis post hoc decē & quinq; annis:ita expresse vult predicta glo.in verbo trāstulit.Quā oino ibi sequit Hostiē.col.j.in fi.sed Io.and dicit factam translationē anno dñi.lxxiiij.Aluarot⁹ in ti.qs dicat/dux/comes/vel marchio i vsib⁹ feudorū dicit predictā translationē factā fuisse anno dñi septigētesimo.lvj.& coronationē a Leone.iiij. anno dñi.dccc.ij.dicens hanc esse veritatem:vt patet ex annalib⁹ Roma.pontificū. De hac opinione meminit Io.de imo.in.d.c.venerabilē in verbo transtulit in glo.licet Aluarotū nō citet.

De trāslatione ipij.

¶Ob hanc diuersitatem Platinam inspexim⁹

An iperiū dependet a solo deo.

Verba platine de trãslatione imperij

qui pontificum historiam eleganter singulariterq; differit: & hic profecto nullo tẽporis facto discrimine inter translationem & coronationẽ sic inquit invita Leonis tertij. Pontifex Carolo optime de ecclesia dei merito aliquã gratiam relaturus cum videret Imperatores Constantinopolitanos egre id nomen tueri: & ob eam rẽ vrbem & Italiam ipsam magnas calamitates passam, in basilica Petri post solẽnia sacra populi Roma. scito ac precibus ipsum Carolum magna voce Imperatorem decernit ac diademate donat ter acclamante populo Romano, Carolo Augusto a deo coronato magno & pacifico Imperatori vita & victoria. & paulopost subiungit. Pontifex item hominem inunxit. &c. Et ita vult Platina translationem factam fuisse sub Leone. iij. & eodem rempore inunctionem & consecrationem. ¶ Cui plane astipulatur Sabell. eneadis octa. li. viij. cui⁹ verba tum pro legentium subleuatione: tũ quia grauis sunt põderis ad litteram referre non pigebit. Sic inquit Leo põtifex inter sacrorum solẽnia scito rogatuq; Roma. popu. qui officij causa circunstabat in Vaticano tẽplo Berione Romanorum Imperatorem consecrauit & inunxit. Consecratio illa facta est ad altare Basilice: vbi loci accepit Carolus Imperij insignia. Mox illis instructus ad aram maximam templi est inunctus anno q̃ Carolus in Galliis regnare ceperat, tertio & triceſimo: cum Italia iam annos. ccc. &. xxx. sine Imperij nomine fuisset. Mansit mos idem i ceteris: vt qui Augusti nomẽ legitime reciperent a Roma. pontifice inungerentur, acclamatum ter ab vniuersa multitudine, Carolo Augusto & pacifico vita & victoria. & deinde subiũgit creditum iam inde Imperij arbitrium apostolice sedis esse: qm̃ antea e celo dari crederet. hec Sabellicus. Sic igitur aperte vides factam tm̃modo translationẽ sub Leone tertio, quicqd velit glo. supra allegata cum sequacib⁹. Sed cogita si dici potest pro concordia q̃ sub Stephano secundo hui⁹ nominis papa prima transferendi Imperij in Carolum causa extiterit. Nã Constãtinus Imperator Aystulpho Lõgobardorum Rege Romanam ecclesiam pontifi ẽq; Stephanũ secũdũ vexãte tanq̃ iniuria ad se nõ pertineret auxiliari neglexit: idcirco Pipin⁹ Caroli pater ad ecclesie patrocinium euocatus de Aystulpho victoriosissime triũphauit: quo defuncto Aystulpho ei successit Desideri⁹ nouas i dies ecclesie Romane oppressiones infligens. Quare Adrianus Papa primus hui⁹ nominis approbãte cõcilio decreuit & statuit, vt Rex Pipini filius optime de ecclesia & Italia meritus Romani patriciatus dignitate fungeret, creãdiq; Romanũ põtificẽ quod magnũ est, tũc temporis potestas ei ꝓcessa est: de quo est textus in indiuiduo i cano. adrian⁹. lxiij. dist. & de hoc vide Sabell. eneadis viij. lib. viij. pagi. x. ad finẽ.

Carol⁹ ad dignitatẽ patriciat⁹ assumitur.

Mortuo Cõstãtino Impatore elephãtica spurcitie seu mauis lepra adhuc sedente Adriano q quatuor & viginti annis minus duobus mẽsibus pontificatum gesserat: ita vt tãdiu q̃diu Petrus in pontificia Cathedra sedisse diceretur) successit ei filius Leo hic: quia sacrilega rapina caput exornauerat carbunculi apostemate iustas sui sceleris penas luens interiit relicto Constantino filio adhuc puero: cui mater Hirene Imperij gubernacula prudẽtissime moderata est: donec pubes fact⁹ esset: quo pubere matre administratione deiecta vsq; adeo impie inhumaniterq; in eam populumq; seuiebat vt sub matris manu reductus luminibus priuatus cõmuente populo i carcerẽ detrusus sit. Decedẽte Adriano successit Leo tertius: & vbi hec de Imperatore Constantinopolitano ei nunciata fuissent videns se Caroli strenuitate in sedẽ apostolicam tranquille restitutum imperium quasi imperãte destitutum, in Carolum acclamante populo transtulit, vt supra retulimus: & ita vera & realis Imperij translatio sub Leone tertio extitit. Sed saluari potest glosa superius allegata cõsiderata origine qñ cepit Carol⁹ bene de ecclesia mereri vt deduximus. Et ꝓ hoc potest adduci bonus textus in. c. litteris. de rescrip. extra vbi ꝓbat. & p illũ tex. colligit Panor. q̃ actus debet denominari a principio & non a fine: licet principium nõ sit necessitatiuum sed exhortatiuũ solummodo: & ita male dixit Augustinus de Ancha. in suo tractatu de ecclesiastica potestate quest. xxxvij. arti. iiij. vbi dicebat q̃ tẽpore Adriani translatũ fuit imperiũ in Carolũ p. d. c. adrianus. quia aliud est patriciat⁹: de quo ibi, & aliud imperiũ: & eo tẽpore adhuc erat imperiũ apud grecos, vt supra deduximus.

Act⁹ a principio ẽ denominãd⁹

¶ Super hac translatione duo sunt cõsiderãda. Primo q̃ huiusmodi trãslatio fortissimũ ẽ arg. ꝓ opiniõe Alua: supra allegata: qm̃ volebat ipe riũ post aduẽtũ Christi nõ a deo imediate: sed a Roma. põtifice dependere: alꝫ vana huiusmodi trãslatio fuisset, & Carol⁹ magn⁹ i quẽ prio ẽ trãslatũ ipiũ & relig successores ei⁹: & hi q̃ hodie iperiũ moderarent, vsurpatores essent. Q̃ñ oẽs a Roma. põtifici⁹ iperãdi rationẽ acceperũt: & hoc fũdamẽtũ facit Prepo. i. c. cũ ad verũ. xcvj. dist. colũ. iij. vbi ample de illa ardua materia superioritatis differit: & hanc ponderationẽ facit Panor. in. d. c. venerabilẽ. colũ. iij.

Verba Sabellici de translatiõe imperij.

Quot annis fuit Italia sine imperio.

De more romanõrũ imperatorum

An imperiū sit trāslatū a grecis in Gallos / vel in germanos

¶Secundo considerandū est. An hec trāslatio fuerit facta in personā Karoli magni: ita q; penes gallos ex persona ipsius translatum fuerit/ vel penes germanos. Cū vt asserit Karolus orilgine germanus fuerit. Circa quod reperio doctores canonistas de hac materia tractantes in opinionib⁹ diuersos: Quidā in.d.c.venerabilē. de elec. ꝓpter illū tex. in verbo. in germanos dicunt q; imperiū in personā Karoli fuit trāslatū in Germanos. vt sic post ipsius mortē ad solos Germanos deueniret: vt sonat ille tex. Et hanc opinionē firmans Baldus ibidē infert colū. ij. q; sic imperiū fuit translatū in Germanos. i. theutonicos. q; de alijs nationibus non possunt reges Romanorum eligi/ nisi reges Francie: quia Karolus tāte familie princeps fuit de alemania: et sic eius posteri sunt alemani. sunt verba Bal.

Nota hec verba bal.

¶Sed cum reuerētia Bal. dixerim videtur aberrasse: quia licet Karolus natione Germanus fuisset: non tñ sequitur regū Francie posteritatē vsq; ad sua tempora germanā fuisse: quoniam Karoli magni posteritas in Ludouico filio Lotharij defecit. Nam eo sine liberis defuncto regnandi auctoritas a Hugone Capeto vsurpata fuit. & ideo Hostiē. in.c.nouit. de iud. colū. v. in fi. in verbo. noscitur descēdisse reprehēdit papā ex eo: quia ibi dicebat q; Philippus rex Frācie: de quo ibi agebat descendebat de stirpe Karoli magni: quia id alienū esse a veritate ꝓbat referēdo genealogiā. Nā dicit ipe Karoli magni genus in Ludouico, vt predixim⁹, defecit. Postea fact⁹ est rex Hugo capeti qui genuit Robertū/ Robertus henricū/ Henricus philippum/ Philippus ludouicū/ Ludouicus philippum famosissimū. & ita Philippus de quo ibi fuit sextus rex de genere dicti Hugonis / & nō de gñe Karoli. Tamē dicit q; vt refert Hugo duxit in vxorē quandam de genere Karoli magni. & sic posset saluari tex. dicti capituli nouit. & dictum Baldi supra relatū. Nam xps eadē rōne de stirpe Dauid dicit descēdisse. vt habet Matth. j. c. ¶Reperio quēdā historiographū: qui mare historiarū opus suū appellitat: opus quidā exactissime elaboratū: licet vulgari idiomate descriptū. hic in historia regis Frācie Philippi Deodati refert q; per hūc Philippū vsq; ad hodierna tpa Karoli magni ꝓsapia in regibus Frācie continuat: qa hic Philippus duxit in vxorē quādā Isabellam que longa origine ex emergēte filia Karoli simplicis descēderat: ita vt hac ratiōe hodiernos reges Frācorum a germano genere denoiat: & sic eadē ratione nitit. vt Hostien. supra. Sed an he saluatieōs sint legitime. ī. (ne res intricet) deducemus. ¶Sed in cōtrariū q; scilicet nō sit a grecis translatū immediate imperiū in germanos: sed potius in Frācos / aut Galllos tenuit Cardinalis de zabarellis. in.d.c.venerabilē. §. verū. in quinto nota. dicēs q; inquātū tex. dixit Germanos melius dixisset Francos: quia Karolus fuit rex Frācie/ & fuit iperator: ipse & successores reges Francorū per annos centū & tres. & ad tex. ibidē in verbo germanos: dicit q; habuit respectū ad principiū trāslationis. Et ita ibi videt tenere Ioan. de imo. ¶Certe credo q; Cardinalis verū dixerit quicqd astruere voluerit qdā Hieronymus Gebuilerius/ suo volēs eblandiri principi in tractaculo qui libertas germanie nūcupat. vbi germanos gallis: neminē vero gallū a xpiano natali germanis iperasse certissimis classicoꝝ scriptorum testimonijs ꝓbare tētauit. Tentauit quidā sed vanis inutilibusq; suadelis: vt statim luculentissime ostēdemus. Verendūq; sibi erit: ne dum germanos in libertatem proclamare voluit ascribēde ipsis posthac seruitutis telam texuerit.

Resolutio

¶Vt ad rem descēdamus ꝓbo imprimis conclusionē nostram supra positā q; a grecis in gallos fuerit translatū imperū: non autē in germanos per text. formalē. in.c.ego Ludouicus. lxiij. distin. in fi. ibi vel ad nostros successores reges Frācorū. & ibi per illū tex. formaliter infert glosator q; imperiū prius Francorū fuit: sed postea Theutonici virtutibus ꝓmeruerūt imperiū. vt xxviij. q. j. §. ex his in quos dicit, hodie est trāslatū imperiū. extra de elec. c. venerabilē. & pōdera q; glosator germanus fuit: & ideo Cardi. de zaba. in.d.c.venerabilē. §. verū. in. v. notabili. in fi. refert genealogiā germanorū quare germani dicant: & dicit q; Io. glosator in.c.j.xxxiiij. dist. exponit. q; dicunt germani quasi verū germen quia sunt veri nobiles. Sed dicit Cardi. Ioā. glosatorē suspectū in hac laude qa German⁹ erat. hoc etiā elici pōt ex dicta glo. in.c.ego Ludouique dicit germani virtutibus promeruerūt ipe riū p.d. §. ex his. vbi tñ text. de Romanis / & nō de Germanis loquit. & sic ergo glosatori licet amica patria fuit. vt naturale est. l. fi. & ibi Bald. C. si seruus exper. venerit Bart. in. l. j. in. §. fi. ff. de iusti. & iu. & omnium charitates vna patria scilicet cōplexa est. vt dicit Tullius in officijs: tamen magis ipsi hec amica fuit veritas. & ita habes Germanum hanc conclusionem nostram firmantem. cuius auctoritas sine comparatione maior est q; istius grammatici aut poete.

Genealogia regis Frācie ab Hugone capeto.

Ioannes glosator decreti german⁹ fuit.

¶Item secundo considerāda est causa translationis que fuit: vt oēs historiographi fatentur ingenue & nemo etiam inficiabitur quia erant Galli de ecclesia bene meriti ob frequētia Ro-

Causa trāsferēdi iperij i gallos.

mane eccleſie ſubſidia impertita: vt vniuerſalis eccleſia huic populo cõgratulari deſiderans ſupraſcripta ſuadẽte ratione in eorũ principem et regem imperiũ tranſtulerit: & ita non tam in Karolum q̃ in gẽtem gallicã facta eſt tranſlatio: quid enĩ potuiſſet Karolus q̃tũcunq; magnanimus niſi gallicis copijs adiutus, nihil profecto. Et ideo dicit Aug. contra Fauſtũ. c. xxij. auctoritas belli eſt penes principem: miniſteriũ exequẽdi eſt penes milites. Hinc dicit Vegetius de re militari, qui deſiderat pacẽ ꝑparet bellũ. qui victoriam cupit milites imbuat diligẽter. Et ſic iſta donatio facta cẽſeꝫ principaliter / patrie ſcilicet & gẽtis gallice intuitu. & pro hoc eſt tex. in l. qui ꝓprio. §. procurator. ff. de ꝓcurato. vbi inducit glo. contra ambaſiatores Mediolanenſes qui volebãt conſequi ipſis donatũ ab imperatore conſtãtinopolitano: tanq̃ perſonis ſuis ad idẽ tex. & glo. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ĩ verbo beneficio. ff. de vulga. & pupil. facit quod dicit Ia. de ra. quẽ refert Sy. in l. manifeſtiſſimi in fi. C. de furtis. q̃ donatũ preſumitur intuitu donatum ciuitatis: vt in epiſtola liquet in fi. C. de ſumma tri. Item quia preſumendũ eſt q̃ de militibus / & populo gallico fecerit mentionẽ imperator in trãſlatiõe: quia preſumitur factũ quod prius erat faciendum. l. x. qui duas. & ibi flo. ff. de ſerui. vrba. predio. quo caſu qñ fit cõmemoratio ciuitatis / vel populi non acquiritur ſolũ ei cui donaꝫ. ſed etiã ipſi toti ciuitati ſcdm Ange. in dict. §. in arrogato. argu. l. cũ aliquis. C. de iu. delibe. Item quia donatio facta prelato eccleſie ab extraneo preſumiꝫ facta intuitu eccleſie / & nõ prelati tm̃ tex. in. c. requiſiſti. de teſta. extra et ibi Barba. col. x. vbi dicit q̃ ex quo nõ ꝓbaꝫ cõtrarium ſtandũ eſt hmõi preſumptioni ſcdm glo. in l. j. & . l. in teſtamento. C. de teſta. milita. cũ aliꝭ allega. per eũ. Adde q̃ preſumptio habetur pro charta liquida. l. quicunq;. C. de apo. publi. lib. x. l. j. C. de pe. Bal. in l. j. §. in fi. C. de rei vxo. actio. imo dicit plene ꝓbare in his q̃ ſunt cõſona veritati. idem Bal. in l. ij. col. ij. ff. de excu. tuto. ff. ¶ Tertio quia eſto q̃ Karolus fuerit germanus non ſequiꝫ tm̃ q̃ ſucceſſores ſui fuerint germani. Nam filius Karoli magni qui ei in ꝑio ſucceſſit: puta Ludouicus pius natus fuit in Gallia aquitanica. & ideo cũ puer adhuc eſſet Aquitanie principatũ iuſſu patris obtinuit vt in eius hiſtoria videre eſt. natus ergo fuit in Gallia: ergo Gallus / & nõ Germanus per tex. formalem in l. qui ex vico. ff. ad municipa. vbi dicit tex. q̃ ex vico ortus eſt eã patriã intelligiꝫ habere: cui reipublice vicus ille reſpondet. facit bonus tex. in l. j. ff. eo. tit. l. ciues. C. de incolis. lib. x. & idẽ de aliꝭ regibus Frãcie imperatoribus poteſt oſtẽdi. Et ideo dicã cum tex. in l. aſſumptio. ff. ad municipa. Aſſumptio originis q̃ non eſt veritatẽ nature non perimit: errore enĩ veritas originis non amittiꝫ / nec mẽdacio dicẽtis eſſe. vnde non ſic deponitur / neq; recuſando patriã ex qua oriũdus eſt. i. ortus / vt ibi exponit glo. / neq; mẽtiendo de ea quã nõ habeat: veritatem mutare poteſt. ſunt verba formalia text. in dic. l. adoptio. que contra iſtum bellũ ſuaſorem optime cõgruunt / & certe ita eſt. ergo mera veritas q̃ gallicus fuit: alias enĩ ſi ſequeremur patriam generis auiti: ſequeretur q̃ oẽs eſſemus Damaſceni: quia Adã pater primus natus fuit in cãpo Damaſceno. hoc incõueniẽs infert glo. in dic. l. aſſumptio. §. filiꝰ. in glo. magna. vbi glo. propterea vult q̃ licet aliq̃ filius ſequatur originem patris: nõ tñ aut / & ita inutile eſt prorſus argumẽtum predicti Hieronymi quo non ſine magno labore oſtẽdere voluit: illos reges Francie qui imperarũt / deſcẽdiſſe de ſanguine Germano, quod & ſi verũ eſſet: non tñ ſequitur ipſos Germanos eſſe / & non Gallos: alias ſi primordialis illa origo inſpiceretur nos nõ Galli / ſed Troiani ex cõmuni Gallorũ origine appellãdi eſſemus / & ipſi etiã Germani / nec Germanicũ forſan nomen obtineret: ideo maxima fuit dicto Hieronymo tẽporis iactura cum oleum operãq; (vt aiunt) perdiderit: quod etiã inferius clarius oſtẽdemus in reſponſione ad argumẽta in partẽ contrariã. ¶ Itẽ quarto q̃ imperiũ fuerit penes Gallos retorqueo in predictũ Hieronymũ dictũ Enee ſiluij in Europa ſua ab eo citati cũ inquit. Karolus q̃uis Gallie potiretꝫ imperio Germanus tñ fuit: erat ergo ĩperiũ Gallicum: ſicut prius conſtantinopolitanũ fuerat. Et ſi dicaꝫ ſaluãdo allegationẽ ſuã q̃ Eneas loquitur de ĩperio Gallico: non q̃ ĩperiũ eſſet penes Gallos. ſed eſt ſenſus potiebaꝫ ĩperio Gallico: quia Galli ſunt exẽpti ab imperio / & nullũ recognoſcũt. c. per venerabilẽ. extra qui filij ſunt legiti. Dic q̃ hec ſaluatio nõ valet per dictum aureum Bal. in titu. de prohi. feu. alien. per Fredericũ. §. fi. colũ. peñ. in fi. vbi dicit q̃ licet dñs rex frãcie ſit ſup oẽs reges / & quo ad ſuos ſubditos ſit in regno ſuo / tãq̃ corporalis deus: non tñ dicit ipſe, eſt alter imperator: quia vnũ eſt ĩperiũ. vt. ff. de origi. in l. ij. §. pinde cũ eſſet ibi dũ dicit et neceſſe eſt reipublice ꝑ vnũ cõſuli. Ponit exẽplũ in ſiñ: ſi deus vnũ angelũ eximeret a ſua poteſtate (ſuppoſito q̃ hoc poſſet) nõ tñ angelus ille eſſet deus. & de hoc dicto Bal. meminit Feli. in. c. nouit. de iudi. extra colũ. iij. in princi. & ita ergo neceſſe eſt ne corrumpamus verba / ar. c.

Aug.

Preſumiꝫ factũ qđ prius erat faciẽdum.

Preſũptio habeꝫ pro charta liquida.

Ludouicꝰ pius Gallus fuit.

Rex Francie non eſt dicẽdus imperator.

intelligentia. de verborum significa. l. non aliter. ff. de lega. Tertio intellige prout iacent verba Enee siluij / & aperte probant de directo contra predictum Hieronymum q̄ imperium fuit apud gallos. Sic ergo succedit illud Sapien. xj. per que quis peccat/ per hec & torquetur & noxie par pena est. vt in suo vitio quisq; plectatur. vt inquit Tullius libro secundo de legibus. Dicicq; potest ei quod Comicus inquiebat: quas fecit compedes ipse gestauit.

¶ Item quinto / & vltimo quia quonam pacto persuaderi potest. vt in Germanos tunc imperium translatum fuisset: cum plures Germanice nationis in fide christiana vacillarent: & tūc bona Germanie pars in Karolum ipsum rebellasset. vt illius temporis historia abunde testatur: & ita illa fidei p̄secutio ab ipsis Germanis / aut eorum progenitoribus: potius dissuasisset imperij translationem per dict. capi. venerabilem. ibi q̄ progenitores eius per quem tex. dicitur. ibi q̄ vna causa propter quam repellebat Philippus coelectus Othonis. de quo ibi erat: quia progenitores sui aduersati fuerant ecclesie/ & fidei christiane. Et ita per hec fundamenta satis aperte probatur supradicta conclusio q̄ scilicet fuerit facta a grecis translatio in Francos/ & nō in Germanos: & q̄ Galli imperarunt. ¶ Nec obstant que supra in contrarium adducta fuerūt. & primo non obstat tex. in. d. c. venerabilē. vbi est fundamentū prime opinionis quod fundamētum longe magis vrgere videtur/ q̄ illud prefati Hieronymi. Quia ad hoc primo posset dici. q̄ papa male retulit historiam. vt in simili dicebat Hostien. in. c. nouit. in verbo descēdisse de iudi. extra. de quo supra fecimus mentionem. Sed certe nollem ita inhoneste/ & inuerecunde de Romano pontifice loqui: quia est presumendū q̄ ea que emanant ab eo sint bene digesta & magna maturitate decocta. vt dicit glo. in. c. ad audiētiā. circa mediū de rescrip. extra: nec presumendū est q̄ ignorauerit historiā hanc in tam arduis. Ideo secnudo solue aliter q̄ hic tm̄ volebat Romanus pontifex ostēdere: qualiter deuenerat imperium ad Germanos. & ponit princi. & fi. trāslationis/ ac sic dixisset de grecis translatū fuit in personam Karoli magni / & suceessores suos gallos / & ab eis in Germanos. & sic tm̄ ad probandā continuationē translationis. Et pro hac expositione adduco glo. signādam in. c. volumus. in verbo incōcussam. xvj. q. iiij. que dicit q̄ ad probandā possessionē continuatā sufficit p̄bare extrema: et sequit Anto. in. c. accedentibus. in colū. penī. extra de priui. l. Panor. in. c. cū ecclesia. in. v. colum. de causa posses. & prope Ioan. de Imo. in proe. decreta. columna. iiij. Felinus. in ca. licet. de proba. columna. v. in fine. Et ibi rationem assignat: quia per extrema inferē presumptio medij per glo. iij. in. c. quia sunt. xxvj. distin. & glo. fi. in. c. in die de consecra. dist. v. & glo. ij. in c. accedens de conuer. coniugato. Adducit etiā de teste dicente q̄ Titius possedit post gaium non tamē per hoc sequitur q̄ immediate post scām domi. in cap. j. circa princi. de constitu. in sexto per glo. in. c. cum vintonien'sis de elec. in verbo. sed tertie. Similiter in proposito licet dicatur q̄ a Karolo fuerit translatū in germanos non tamen sequitur immediate: quia multi gali medij fuerūt imperatores/ & diutius fuit imperium apud gallos: puta centum & tres (vel vt alij volunt) centum & decem annos. Comprobatur iste intellectus: vt vitetur iurium correctio argu. l. j. C. de inoffi. doti. aliter etenim esset cōtra. d. c. ego Ludouicus supra allegatū. Nec obstat q̄ doctores aliqui interpretati fuerūt q̄ post mortem Karoli imperium venit ad germanos: vt supra diximus quia hoc est falsum: vt supra deduximus: quia filius caroli gallus fuit. Et ideo forsan Panor. in. d. c. venerabilem. non stat in hac opinione: sed tm̄ dicit q̄ certissimū est imperium datum fuisse germanis per illum tex. & tex. in. c. In die. de consecra. dist. v. quod non negamus. Et ita debent intelligi alij docto. sed non dicunt q̄ priusq̄ ad germanos deuenisset non fuit possessum a francis/ aut gallis.

¶ Nec obstat argumentum Hieronymi quod omnino tractatum suum totum complectitur. Sic arguere voluit: Karolus & sui successores qui imperium moderati fuerunt descēdunt de sanguine germano. ergo nemo vnq̄ gallus imperauit. Certe iste Hieronymus fuit malus logicus nescio quonam pacto ita fuit obcecatus: vt existimaret hanc conclusionē validam. Ecce sufficit respondenti dare instantiam. glo. singu. in. c. sicut vrgeri. j. q. j. do tibi non vnam tm̄: sed plures instātias. Primo actio est ciuilis & tamē descendit de contractu qui est de iure gentium l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Item cōtractus est facti. ff. de curato. furioso. l. consilio in fi. & tamē ex eo descendit obligatio que est iuris insti. de obliga. in prin. Itē vsucapio est iuris ciuilis. Et tamē per eam acquiritur dominiū quod est de iure gentium. ergo in simili nō sequitur: isti descendunt de sanguine germano: ergo germani sunt. Bene tamen est fatendum. q̄ licet istud argumentum non valeat quo ad ea que respiciūt originem alicuius: tamen bene valet argumentum istud q̄ ea que respiciunt effectum: puta

Quo tpe fuerit ipe-riū apud Gallos.

Sufficit respōdēti da re istātiā.

iste descēdit de sanguine germano: ergo capax est prerogatiue que germanis cōpetere potest. Et pro hoc vide omnino Barto. in.l. cōstitutionibus. ff. ad municipa. vbi ita distinguit in simili: vt poteris videre per eum. Item alias sequeretur absurdum. ꝙ nos omnes Damasceni dici deberemus: vt nos supra deduximus. Sed ad pauca respicientes (vt inquit philosophus) de facili paralogizāt: debuit iste bonus poeta poetici illius reminisci: Sumite materiā vestris qui scribitis equam Viribus & versate diu, quid ferre recusant, quid valeāt humeri. & sic prius vires suas cū eo quod subitur⁹ erat onere metiri. per tex. in.c. non est putāda. j.q.j. iuncta glo. in verbo prius que poeticum illud refert. Melius ergo fuisset ei si loquutus nō fuisset homo ille. lupus etenim (vt adagialiter vsurpatur) circum puteum choream egit.

De trāslatione īperij a Francis in Germanos.

¶ Ecce ex predictis vides ꝙ prima translatio fuit de grecis in francos. Secūda autem fuit de frācis in germanos / & hec trāslatiōis causa fuit: vt refert cardi. supra allegatus: quia cum ecclesia oppugnaretur a Berengario tyranno / & impetraret auxilium ab Arnulpho rege francie. Arnulpho nolente succurrere vocauit ecclesia in subsidium Othonē ducem saxonie / vel scd̄m alios germanie regē. Et hac rōne trāslatum fuit imperium in germanos a leone. viij. vel scd̄m alios a Ioāne. xiij. Et ita sentire videtur Platina in vita Io. xiij. Dicit tamen ꝙ illa tempora vsq; adeo confusa fuerūt / & perturbata scriptorum negligentia / & incuria: vt vix possit altera pars certo deligi. ¶ Sed Augustin⁹ de ancho. in suo tractatu de potest. eccl̄iastica. q. xxxvij. arti. iiij. dicit hanc trāslationem factam fuisse deficiente genere Karoli: & sic tempore Ludouici / vel Lotharij eius patris: in quib⁹ defecit genus Karoli magni in corona Francie. Alij dicunt tēpore Ludouici tertij filij Arnulphi diuisum fuisse imperium: & deinde confusum imperantibus Corrardo / & Berengario: & deinde Henrico / & Berengario. ecce vtcūq; sit: translatū fuit imperium in germanos in personam Othonis anno dccccxxxv. Et tunc temporis adhuc erat imperium hereditarium vsq; ad tempora Grego. v. qui sanctionem edidit de imperatore eligendo et ꝙ germanis huiusmodi electio spectaret: vt legere potes apud Platinam in vita Greg. v. & tunc dati primo fuere sex electores: tres ecclesiastici. scilicet archiepiscopus Margūtinus: archiepiscopus Treuerensis: archiepiscopus Coloniēsis: & deinde tres seculares principes: marchio brandeburgēsis electi camerarius: comes palatinus dapifer / & dux saxonie qui ensem ferret. Aliqui dicūt ꝙ hac eadem institutione fuit superadditus septimus: scilicet rex Bohemie qui pincerne officio fungeretur: & his additus ad tollendam discordiam: vbi reliqui in electione discordarent. ideo dicit glo. in.c. ad apostolice de re iudi. in. vj. in verbo. Illi autē ꝙ aliqui asserunt regem Bohemie nō esse de necessitate vocandum: sed tm̄ cum alij inter se discordant / nec istud ius electionis habuit ab antiquo. & ꝙ de facto tm̄ tenet. de quo per Platinam in dic. vita Grego. v. per Hostieñ. in.d.c. venerabilem. colū. j. Certe siue primordiali institutione / siue prescripta consuetudine id habeat rex Bohemus, hoc laudo argu. tex. in.l. Itē si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. vbi iuriscōsultus īprobat cōpromissa: que fiunt inter aliquos in numero pari: quia alias res fere sine exitu futura est propter naturalē hominum ad dissentiendum facilitatem. Habes igitur qualiter imperium factum est electiuum.

De electoribus imperij.

¶ Sed hic bona suboritur difficultas: vtrum potestas electionis sit translata in germanos nedum actiue. vt scilicet eligere possint: sed etiam passiue. Ita ꝙ nullus possit eligi nisi sit de sanguine germano. Circa quā difficultatem reperio diuersas sentētias docto. Bal. in dic. c. venerabilē. tenet ꝙ passiue. Ita ꝙ (dicit ipse) de alijs nationibus nullus rex potest eligi in regem romanorū nisi rex francie: quia omnes reges frācie censendi sunt alemani ex quo Karolus eorum predecessor alemanus fuit. Cum hac opinione tenuit Panor. in eodem. c. venerabilem. super verbum transtulit. hoc modo inducendo illum tex. Nam ipse Karolus promotus fuit in imperatorem: nō autem fuit sibi data potestas eligēdi. ergo tantum passiue fuit trāslatum imperiū in germanos: alias tex. non bene diceret. Nam dixisset ꝙ in personas illorum principū fuit imperium translatū in germanos: & hāc dicit cōsiderationem multū notādam. nec est (dicit ipse) indecens: vt de certa gente / seu genere personarū debeat eligi presidens: quia hoc seruatur in dignitatibus ecclesiasticis: tam ex priuilegio / q̄ ex consuetudine: vt probatur in.c. cū dilectus. de cōsuetudine &.c. abbate. de verbo. signific. & subiungit ꝙ papa hoc potuit facere ex magna causa cū possit facere quicquid deus potest: alias Christus non fuisset diligens paterfamilias si nō dimisisset in terra aliquem loco sui qui expediētibus causis possit omnia facere que ipse Christus. & hanc rationem prius fuisse dicit Innocen. in.c. ad apostolice / vel in.c. super his de voto. & vlterius prosequitur de potestate pape.

Vtrū īperiū sit trāslatū ī Germanos actiue / vel passiue.

¶Cardinalis de Zabarellis quē refert Panor. ibidem tenet q̄ est trāslata potestas actiue/sed nō passiue. Et ita alij de alijs natiōib⁹ eligi possunt: licet ab olim nullus fuerit de alia natione.

Resolutio ¶Certe ista materia est problematica: tamen credo q̄ melius esset cū hac opinione Cardi. tenere: quia ex quo agitur de preficiendo imperatore non debemus considerare nationem. & ideo dicit tex. i. c. cū deputati. de iudi. extra dū quis laudabiliter exequatur officium sui ordinis ex superabūdāti requiritur sue notio nationis. & concor. bonus tex. in. c. ad decorem. de insti. extra. Et ideo refert Iustinus lib. xij. q̄ cū Alexandri magni parētes/& amici viderent eū ad mortem declinare petierūt ab eo quē vellet imperij relinquere heredē: & respondit Alexāder dignissimū: & sic non filiali amore/non patria charitate obcecatus/eum tm̄ prefici voluit qui huic moderamini aptior foret.

¶Sed adhuc stante opinione aliorū qui dicunt q̄ in Germanos passiue est translatum imperium: dico q̄ rex Francie capax esset: quia descendit de sanguine Karoli. vt formaliter tenuit Bal. in. d. c. venerabilem. quē supra rettulimus. Sed nos supra ostendimus q̄ dictum Bal. non potest saluari. nisi dicamus q̄ desinēdant reges Francie ex latere feminino: quo stante res non est sine dubio. & videtur q̄ hec saluatio nō valeat. quia appellatione generis/& posteritatis non comprehēduntur nati ex feminis. l. j. in fi. ff. de iu. immunit. vbi habetur q̄ priuilegium datum generi & posteris alicuius non comprehendit natos ex feminis. Et ita ibi no. Barto. & ad idem est tex. in. c. vbicūq; in fine de penis in sexto. Ita tenet Barto. in. l. quia tale. ff. soluto matri. & ita tenuit An. barba. in dicto. c. nouit. colū. viij. rationem assignās: quia filij denominātur ex agnatione patris. l. exemplo. C. de decur. lib. x. se remittens ad notata per eum in. c. raynutius de testa. vbi ipse in colum. iij. dicit q̄ ille raynuntius de clera ex aliqua speciali ratione denominabatur a matre. quia cōtrarium est de iure. Nam debet filius a patre/ & non a matre denominari. c. Raynaldus eo. tit. de testa. & et hoc ideo quia filius sequitur familiā/& agnationem patris/& non matris. c. ij. de cōuer. infi. insti. de legi. agna. tute. §. j. Pro hoc facit tex. i. l. cum legitime. ff. de statu homi. & l. filia. & l. liberos. ff. de senato. per quem tex. dicit. ibi Bal. q̄ nobilitas ex genere materno nō ꝓcedit, sed ex paterno. & idē voluit Bald. in. l. fina. in fi. C. de seruis fugiti. Pe. de ancha. in consilio cccix. immo voluit Barto. in dict. l. exēplo. q̄ consuetudo/vel statutum nō potest cōtrarium operari licet contrarium tenuerit Bald. in repetitione dict. c. Raynuncius. de quo meminit barba. in eo. c. colū. iiij. ad principium. vbi refert alios casus singulares/ & speciales. in quibus filius sequitur originē matris. de hoc vide feli. in. c. nouit. colum. j. vbi etiā de hac materia tangit inter cetera referens quendam Nico. de vbal. in tracta. de succes. ab intesta. fo. xv. vbi respōdet ad dict. c. nouit. q̄ ibi ille rex dicebatur de descendentibus ab ipso Karolo: sed non de genere. feli. ibi multa ponit in vtranq; partem: & nihil precise resoluit. videtur tamen magis inclinare in hanc partem. vt per ipsum videre poteris. de hoc vide Phil. dec. in. d. c. nouit. vbi etiā oppositionem istā contra saluationem Hostien. supradictā facit adducens pro corroboratione q̄ generatio solum considerāda est ex persona viri agentis scdm Fredericum de senis cōsilio. cccj. incipiente magister: quem refert abb. Panor. in ca. fraternitati. de eo qui cogno. consang. vxor. sue. per hoc facit quod scribit Diodorus de more egyptiorum. qui etiam ex serua empta genitum ingenuū dicebāt/ & nō spurium. dummodo pater ingenuus esset. quia patrē solū generis auctorē existimabant: matrem autem/& nutrimentum & lac filio tm̄ prebere. & pro ampliori corroboratione huius opinionis facit etiā. quia mulier est familie sue caput & finis. l. pronūciatio. & l. familie. ff. de verb. sig. vbi etiam habet q̄ qui nascuntur patris/& nō matris familiā sequuntur. et per hec videtur ergo q̄ nullatenus possint hodierni reges Francie dici descendere a genere germano/seu alemano.

¶Sed in contrarium cum saluatione predicta Hostiē. tenuit Antho. de butrio in dict. c. nouit. vbi per illū textum colligit q̄ descendentes per lineam femininam dicūtur esse de genere illius a quo originem ducit ipsa mulier. & ita etiam colligit Io. de imo. colū. ij. q̄ idem est dicere de genere q̄ de descendētibus ex persona matris. sic contra predictum Nico. de vbaldis relatum supra post Feli. & idem tenet. idem Io. de imo. consilio. lxij. Panor. in predicto ca. nouit. Franciscus de aret. ibidem colum. ij. ibi decimo noto. vbi colligit q̄ per matrem ille rex Frācie (de quo ibi agebatur) erat de genere Karoli magni: et q̄ ille dicitur esse de genere alicuius qui descendit ab eo. etiā per lineam maternam adducens no. in. l. j. ff. de proba. vbi est bona glo. & c. vbicūq;. de penis in. vj. & l. j. C. de cōditionibus insertis. Nouissime reperio Philippum dec. in dict. c. nouit. colum. iij. ita tenentem/& adducit Pau. de castro in dicta. l. j. C. de cōditio. insertis col. j. dicētem se pro ista parte consuluisse. & q̄

Quid pater/& qd mr̄ agant in liberorū ꝓcreationes.

An appellatiōes generis & posteritatis cōprehēdāt nati ex feminis.

Nobilitas a gne paterno procedit.

est ipsa veritas: & de hoc est consilium Pauli. cccxiij. quod incipit supradictus dominus consultor/& alios refert hanc opinionē tenentes. vt videre poteris per eū / & ad adducta pro parte cōtraria respōdet primo ad.l.j.ff.de iur.imu.q̄ ibi loquitur tex. de priuileg. imu. q̄ rēpublicā offendit/quam solutionē prius dederat Paulus in dicta.l.quia tale.ff.solu.matri.ad.c. vbicūq;. Respōdet q̄ procedit in materia penali. ad.l.j. C.de condi.inser. respōde scdm Pau. in eadē.l. ad.l.pronunciatio.responde. vt ibi per glo. Et ita ergo rex Frācie in regem Romanorum eligi potest. ¶Immo forsan quicquid supra dixerit Panor. de hac trāslatione in Germanos dubitari posset.& videtur q̄ nō valeat:quia vt dicunt aliqui Gregorius.v.hoc fecit quia erat saxo.& Germanis principibus affinis quib⁹ procurātibus ad dignitatem pontificiā assumptus fuerat.vt per Platinam in vita Greg.v.in prin. et potest dici(sicut dicit Ioan.mona.in.c.fundamēta. qui fauebat Romanis)q̄ caro /& sanguis reuelauerat huic Gregorio. vt sic transferret hanc potestatem eligendi in Germanos.

Cōtra trāslationē imperij in Germanos.

¶Item quia imperator & alij principes non possunt deponi: nisi ex maximis causis scdm Inno.in.c.ad apostolice.de re iudi.in.vj.quem refert Panor. in dicto ca. venerabilem.colum.iij., versic.no.ibi sacrilegum. & rationem adducit: quia iste depositiones nō possunt fieri nisi sine magnis periculis arg.u.c.latores. de cleri.excōmuni.ministran.& sic militat glo.in.c. si papa. xl.dist. vbi vult glo.q̄ pro quocūq; delicto posset imperator remoueri si sit incorrigibilis. Or videte si id fuerit causa cum quādo interpellabatur rex Francie de prestādo subsidio sedi apostolice propriis negocijs contra aduersarios suos detinebat. videtur q̄ recte preferebat res suas cum charitas bene ordinata a seipso incipiat.l. preses.C. de seruitu.& aqua cum simi.,

¶Item quia translatio/seu donatio imperij facta Karolo magno/ & Francis fuit ob bene merita Francorum. vt supra diximus/& nemo negabit: modo est regula iuris . q̄ etiā ob ingratitudinem nō reuocaretur donatio remuneratoria.l.dona.iun.l.si pater.§.j.ff.de dona.alex.cōsi.xlij. in quarta parte.nec etiā donatio ob causam.l.metū.§.sed licet.ff. q̄ metus causa.ergo licet etiam rex Francie illius temporis ingratus fuisset q̄ nō ratione supradicta: tamē ab eo abdicari imperium.& in alium transferri non potuit. Ecce ergo quid profuit Germanie supra scriptus Hieronymus quia nedū in re: de qua scripsit perperam locutus est: sed causam prestat: vt de Germanica potestate possit difficultas oboriri:& ita vt lupus circū puteum choreā egisse videā.vt supra diximꝰ,nisi dicas q̄ nedū ius electionis de iure habēt Germani: sed consuetudine prescripta. vt est textus formalis in dict.c.venerabilē.Quicquid sit ego multū laudo. vt via electionis ad hmōi dignitatē ꝓcedatur:sanctior enim iustiorq; via est.vt in questione speciali.j. deducemus. Item quia vnaqueq; res de facili reuertitur.ad suam primā naturā.l. si quis.ex argētarijs.§.pactum.ne peteret.ff.de pactis cum simi. Prima autē natura fuit imperij. vt assumeretur imperator via electionis: & pro hoc vide Petrum Bertrādi cardinalē eduēsem in suo tractatu. de orig.iurisdi.c.j.vbi sic dicit modus peruenīēdi per hereditariam successionem nō potest esse primus: qui enim succedit alij non est primus: quia ille alius precedit igitur primus modus peruenīēdi debite ad auctoritatem regiminis:est per electionem dei/vel hominum ita formaliter dicit. & pro hoc vide etiam Sabellicum eneadis prime lib.j.vbi dicit siue igit̄ natura/siue quod magis credo necessitate:ad monstrante regem sibi cōstituerunt illi qui in vnum cōuenerunt. Id enim fuit ab initio imperij nomē huic moderatio / & innocētia nō ambitus: & diuitie a principio suffragari quo maior erat virtus pluribusq; notior eo maiore cōsensu ad id fastigium promouebatur. & pro hoc facit tex.in.c.legimus.xciij. dist. vide Prepo.in.c.in synodo.dist.lxiij.vbi dicit q̄ olim imperator ꝑ exercitū eligebatur / & populus obediendo admittebatur.sed Panor.in.c.venerabilem.colum.iiij.in prin. contrarium innuere. videtur in illa questione.vtrum electores imperij eligant:vt singuli/an vt collegium. vbi tenet q̄ vt collegium tribus fundamentis:quorum primum quia subrogatio sapere debet naturā eius cuius loco subrogatur.sed isti electores successerunt in locū populi Romani:qui vt vniuersitas eligebat sibi imperatorē. Et hoc argumentum prius fuerat Leopaldi qui scripsit de iuribus regni / & imperij Romanorum.c.vj.quem refert Cardi.in.d.c.venerabilem.§.verum.colum.iiij. vtcunq; sit.,fuit prius electiuum. Ex predictis habes qualiter imperialis dignitas/amplius nō est hereditaria & sic ius primogeniture in ea locum non habet: sed via electionis ad eam procedit. Aduerte tamen q̄ etiā dignitas imperialis / nec electione proprie videtur queri. Nam post electionem factā ab electoribus:priusq̄ electus dici debeat imperator requirit̄ triplex coronatio: ferrea/argētea/& aurea. vt nota.refert glo.in dic.cle.vnica.de iureiur.in ver. vestigijs que pulchre ostendit quid designāt iste tres co-

Donatio remuneratoria est irreuocabilis.

Laudabilior est via electiōis.

Primitus imperiū fuit electiuū.

Electores imperij eligūt: vt collegium.

Imperialis dignitas electiō nō queritꝰ

rone. Anteq̃ aũt vltimam receperit tantũmodo rex Romanorũ appellaf̃ tex.in.d.c.venerabilem.ibi electũ in regem:& ita ex illo tex. colligunt docto.signãter Panor.colũ.iij. in eodem verbo. vbi pro hoc adducit etiam tex.in.d.cle. Romani de iureiur.& simile adducit de archiepiscopo/& episcopo qui ante consecrationẽ nõ dicuntur episcopi / aut archiepiscopi. c.nisi. de vsu. & aucto. pallij.glo. in.c.j.de religio.domi. glo.in cle.ij.de cele.missa. & pro hoc vide Feli. in.c.eã te. colũ.j. de rescript.extra.vbi adducit ange.i.l.bene a zenone.¶.de quadri. prescrip. per illum tex.ibi ex quo infulas imperiales suscepimus. & in simili adducit Bald. post oldra. in.l.athlete.in prin.ff.de excu.tuto. vbi dicit q̃ ante birretũ doctorale qs nõ dicit̃ doctor : licet sit licẽtiatus per illũ tex.ibi sacris certaminibus coronati:& vide que cumulãtur.ibi per Feli.& ita ergo cõmuniter appellatur rex Romanorũ ante coronationẽ. Vide tñ albe.i.d.l. bene a zenone. vbi refert cõstitutionem Ludo. de bauaria.de qua supra mẽtionẽ fecim⁹. in qua statuit q̃ nõ expectata vnctiõe aliqua & coronatione dicẽdus est imperator:statim post electionẽ.non tanter dixi vnctione: quia non proprie cõsecratur.vt dicit Panor. & cõmuniter docto.in.d.c. venerabilẽ.& ideo reprehẽdit glo.in.c. valẽtianus.lxiij.dist.aliquos dicẽtes imperatorem habere ordinẽ subdiaconatus/& male.Sed aduertendum est q̃ ante coronationẽ potest administrare/sicut post coronationẽ.vnde dicit Panor. in.d.c.venerabilẽ.in fi. q̃ licet fuerint opiniones diuerse: receptum est tamen consuetudine vt administret.& ita dicit Bal.in tit. de pace cõstãtie.§.hec quod nos:vbi refert Hostiẽ.in.c.super quibusdã de verbo.signi. dicentẽ se vidisse in alemania per principes iudicari / & teneri q̃ rex Romanorum post electionẽ cõcordem habeat omnem potestatẽ quã imperator : nec vnctio aliquid addat. Ipse tamen Hostien.dicebat contrariũ verius:sed dicit ibi Bald. q̃ quicquid dicat ibi Hostien.prima opinio seruatur / & est ipsa veritas.& q̃ opinio Hostieñ. possit habere locũ qñ sunt electi in discordia. Sed glo.est multũ nota.& magistra.in dic.cle.vnica.de iureiur. in verbo reges : vbi dicit glosator se vidisse ex registris Innocẽtij tertij q̃ incõcussa cõsuetudo imperij est per patiẽtiam sedis apostolice tollerata : & per tollerantiam a pprobata q̃ duobus electis in discordia vterq; administrat.vt rex & omnem imperij iurisdictionem exercet: donec alterius electio per papã fuerit approbata / vel reprobata.& hoc notanter vt dicit Abb.Panor. in dic.c. venerabilem. columna. vij. super ver.

Añ biretũ doctorale qs doctor non dicit̃.

Impator pprie vngit̃:impro prie consecratur.

Añ coronationem imperator administrat.

fauere. vbi electores imperij discordent in numero/ nec fit accessus. Ita q̃ possit maior pars haberi potest papa vnum ex illis eligere: prout sibi libuerit:sicut cõtingit in patronis discordãtibus in.c.quod autem. extra de iure patro. Et ita ergo ex predictis patet q̃ non sola electione queritur dignitas imperialis / nec per electionẽ simplicẽ dicitur imperator: sed tantũmodo rex Romanorũ.vt est tex.rotũdus in.d.c.venerabilẽ. ¶ De ista electiõe imperatoris possent plura cumulari que omitto:quia sunt extra principale propositũ. Sed quoniã hec materia est grauis & sepe occurrere potest : ideo faciemus aliquas remissiones que plurimũ animos volentium plenius in hac materia instrui subleuabũt imprimis videas ergo Cardi. de Zaba.in dict. ca. venerabilem.§. verum.colum.iij.vbi quinq; questiones mouet circa imperatoris electionẽ. de quib⁹ dicit se fuisse iterrogatũ & respõdisse: vt ibi inserit. Prima est questio. Quo iure principes alemanie habeãt eligere:de qua supra diximus. Secunda de forma electionis. Tertia si discordent in in electione / vel si non intersunt omnes quot sufficiunt ad electionem. Quarta quam potestatem habet electus ante corone susceptionem a papa : de qua etiam supra tetigimus. Quinta vtrũ imperatore viuente possit deponi ab electorib⁹ : et an qui consensit in vnũ possit mutare sententiã & postea alium eligere vbi cõcludit q̃ sic:quia tales electores equiparantur patronis laicis. ¶ Alia questio etiã singularis potest moueri.vtrum sit electoribus tempus prefixum ad eligendum : ita q̃ ipsis negligentibus Romanus põtifex plenarie prouidere possit. de qua questione vide glo. notabilem et expressam in dic.c.ad apostolice.de re iudicata.in.vj.in glo. finali.vbi formaliter dicit glo. q̃ nõ statuitur a iure certum tẽpus principibus ad imperatorem eligendum. Hinc est q̃ papa nõ põt eligere/nisi illos prius admoneat dicto capitulo venerabilẽ.qđ non est in ecclesijs.vt prosequitur glo. Ad idem vide Panor.in dic.c.venerabilem.colũ.iiij.versu noto.ibi si principes admoniti. ¶ Item alia questio moueri põt.vtrum electores possint vnũ ex se eligere. de qua breuiter dic q̃ sic:& ad hoc vide in indiuiduo Bal. in.l.plane. i prima lectura.ff.quod cuiusq; vniuersitatis in fine.vbi dicit q̃ electionarij imperatoris possint eligere vnũ ex seipsis in imperatorem. Subiungens q̃ ita fecerunt in imperatore qui erat suo tempore/& in auo ipsi⁹. de quo dicto Bal.meminit Ioã. de anania.in. c.ecclesia vestra. quod est.c.fina.de sortile. extra columna tertia.ad principium.

An electoribus sit põ fixum tps ad eligendum.

An electores possint vnũ ex se eligere.

An persona electa cõputetur in numero eligentium.

¶Sed an persona electa cõputabitur in numero eligentiũ:ita q̃ dicatur habere maiorẽ numerum electorũ. vide Panor. pulchre. in.c.cũ in iure de ele.extra.colum ij. de hac dignitate imperiali. Vide albe.de rosa.amplissime in.l.bene a zenone. de quadri. prescrip.vbi multa notanda cumulat. & in.l. cũctos populos.C. de summa trini. Vide pulchre / & elegãter aluarotũ. in titu.quis dux comes/vel marchio col.iij.& seq. vbi pulcherrime de hac materia disserit. Nec vidi aptius/ q̃ p Cardi. vbi supra. & aluarotũ hoc loco. Vide tñ Augustinũ de Anchona in suo tracta.de potesta. eccle. q.xxxv. vbi mouet circa hãc dignitatẽ imperialẽ octo questiones notabiles. Prima. vtrũ papa per seipm possit iperatorẽ eligere. Secunda. vtrũ electores debent esse de Alemania. Tertia. vtrum papa possit predictos electores mutare. Quarta an papa possit electores de alia natiõe/ q̃ germana ordinare. Quinta an possit alteri pti fauere papa duobus electis in discordia. Sexta an possit imperiũ facere hereditarium. Septima vtrũ melius esset: si imperiũ esset hereditarium. Octaua vtrum melius esset plures esse imperatores / q̃ vnum. plures alias questiones prosequitur vsq; a. xxxv. vsq; ad xlvj. principales. in quibus. xl. alias questiones notabiles prosequitur: quas videas per ipsum. Hec pro nunc in transitu sufficiant ad ostẽdendum dignitatem imperialem non esse hereditariam: sed eligibilem tm̃ & sic in ea ius primogeniture locum non habere.

¶Questio tertiadecima.

¶Vtrum ius primogeniture habeat locum in regnis/aut principatibus.

VNc succedit alia questio/ an ius primogeniture cadere possit in principatib⁹ aut regnis. Hanc questionem mouet Martinus de carrazijs in suo epitomate de primogenitura pagina iiij. in fine dicẽs, q̃ pendet hec questio ab illa. An regna deferant̃ successione/vel electione. Et q̃ electione deferantur adducit. viij q. j. c. moyses. vbi dicit probari q̃ de iure scripto regna deferuntur electione/ & non successiõe: quia principatus in populo vt dicit ibi tex.) non sanguini deferendum est sed vite. Ad idem facit bonus tex. in. c. legimus. xij. dist. Fatetur tamen q̃ iure cõsuetudinario successione queritur. Sed quia duo iura videtur inter se aduersari: scilicet in.c.vnico. i fine de aliena. feudi. & in.c.vnico. de phibi. feudi aliena. per Fredericum. §. preterea ducatus. ideo pro concordia distinguebat post And. de Isernia. in. c. j. de feudo marchie. Aliquãdo principatus creatur vt habeat solam administrationem: & tunc electione & non successione defertur: quia officia non deferuntur successione cum eligatur industria persone. l. cuius bonis. ff. de curatore furiosi. l. penul. & fina. ff. & tutel. exẽplificat. q̃n papa creat Machionem in marchia: ducem in ducatu ecclesie. Exemplum etiam potest poni in duce venetorum / & pluribus similibus. Et ita potest intelligi text. in. c. vnico. de aliena. feudi. Aliquando creatur dux / vel Marchio / vel rex non solũ vt habeat administrationem: sed etiã proprietatem in iurisdictione. & tunc tales principatus successione deferũtur: sic procedat tex. in dic. §. preterea ducatus. Hinc fit vt regnum Frãcie Hispanie & consimilia successione trãsferantur. Et ita trãsit Martinus vbi supra. Ad de glo. no. post tex. in. c. deniq;. vij. q. j. in ver. rege suo. q̃ expresse infert q̃ filij regũ de iure debent esse reges. Et ita vult q̃ non cõsuetudine tm̃: sed etiam iuris dispositione regna trãsferantur. Et pro hoc facit bo. text. in. c. licet. de voto extra. Sed aluarotus in titu. de feudo Marchie. colum. ij. expresse dicit. Nota q̃ scdm rectam iustitiam / & iuris dispositionem dignitates regales nõ sunt perpetue & successibiles sed temporales & ad vitã possidentis. Et ratio per eum assignat̃: quia acquirũtur electione/ & nõ successione per illum tex. & l. j. ff. ad. l. iuliam. de ambi. ratio rationis assignatur quia iste dignitates sunt iuris publici. §. obtinet. in auctẽtico. de exhibẽdis reis. & ita videtur q̃ non possint ppetuo abdicari/ & separari ab ipo iure pnblico per tex. in. §. cogitat̃. in auctentico. vt iudi. sine quoquo suffragio adducit no. per innocen. in. c. cũ venerabilis. extra de religio. domibus. & l. sancim⁹. C. de sacrosan. eccle. per glo. & cy. Et subiungit q̃ hodie superuacuũ est de hoc disputare: cum in predictis dignitatibus habeat locũ successio ex hodierna cõtraria consuetudine approbata prout ipsemet etiam dicit in tit. de aliena. feud. §. fina. & in titu. de his qui feuda dare possunt. Sed Anto. corsetus in suo tractatu de potest. & excel. regia. q. ix. dicit consuetudinem istã iure cõprobari per dic. c. licet. Et ita non esset cõtra iuris apices. vt sentit Aluarot⁹. ¶Cogita si dici potest considerãda esse tria tẽpora post vsurpatam regnãdi potestatem a casu. vt dicit beatus Augustinus in lib. de ciuitate dei lib. xv. Quid autem si omnes de domo regali sunt mortui. & ita deficit successio/hoc casu qd agẽdũ? Panor. i dic. c. venerabilem. de elec. extra. vbi se remittit ad no. p Pe. in. c. licet. ex suscepto de foro cõpe.

Bona distinctio.

Dignitates sunt iuris publici

extra.et hec per parẽthesim a versi. quid autẽ.

De varia regnorum ratione. ¶Primo eñ regna successiue transferebantur et ideo dicit tex.in.d.c.moyses. Moyses amicꝰ dei cui facie ad faciem locutus est deus,potuit vtiq; successores pricipatus filios suos facere & posteris propriã relinq̃re dignitatẽ. Ad hoc facit qđ dicit Anto. Corsetꝰ in p̃dicto suo tracta. de potest.& excellẽ.regia.q.j. vbi dicit, q̃ Noe primus rex hominũ fuit arche gubernationem habuit durãte diluuio. Et post diluuiũ successerunt ei in principatu filij vt potes videre in lib. Gene. ¶Secũdũ tẽpꝰ fuit quo erãt regna electiua et non successibilia. Et ideo dicit glo. in.d.c. moyses in verti. potuit. q̃ q̃n moyses successores pricipatus sui filios fecit non adhuc erat p̃hibitum.et ita sentit illa glo. q̃ postea prohibitum fuit.pro hoc vide Panor.in.d.c.venerabilẽ in penulti. notabili.ibi dicit q̃ imperiũ non defertur ex successione sed electiõe : et olim idem obseruabatur in regnis particularibus per. d.c. moyses. ¶Tertiũ tempus quo regna effecta sunt successibilia etiã iuris dispositione vt dicto c.licet.& certe hec dispositio vltima traxit fundamentũ ex cõsuetudine prescripta contra eam que erãt p̃stituta in secũdo tẽpore q̃n vnaquęq; res de facili reuertitur ad p̃priã naturã vt nota in.l.j. vnus ex argentarijs §. pactus ne pateret. ff. de pactis. Et ita hodiernis tẽporibꝰ seruatur Sic põt fieri cõcordia inter ea que superius relata sunt que videntur inter se aduersari. Ad hec adde Aluarotum in titu. quis dicatur dux comes col.vij. vbi refert oẽs reges christianos qui sũt in numero vigiti et septẽ, scilicet rex Hierosolymitanꝰ, rex Frãcorꝫ, Rex sicilie, rex castelle siue hyspanie, Rex legionis, Rex portugalie, Rex arragonum, Rex nauarre, Rex dacie, Rex boemie, Rex vngarie, Rex armenie, Rex cordubie, Rex cypri, Rex sardie. Rex comarchie, Rex numiamie, Rex vlconie, Rex catholicus, Rex nauarchie, Rex colloñ, Rex mamye, Rex votaganie, Rex maioricarꝫ, Rex minoricarum, Rex scotie, Rex polonie. Et iter istos reges duo esse dicit vnũ in quo sunt consimiles. Aliud in quo sunt dissimiles. In coronatione eñ et vnctione Rex Hierosolymitanus. Rex frãcorꝫ. & Rex sicilie ab alijs diligũtur, quia reliqui dicit ipe reges nec coronãtur nec vngũtur. In alio sunt cõsimiles quia omnes isti reges sortiuntur eorum regna ex successiõe vt dicit Rome esse declaratum et descriptũ, et de alijs pluribꝰ regibus mẽtionem facit quos distinguit secundum tres mundi partes. In partibus asie. Regnũ cathori. Regnũ tarsie. Regnũ turquesce. Regnum coristine. Regnũ comanie. Regnũ indie. Regnũ persarum. Regnũ medie. Regnũ parthie. Regnum georgie. Regnũ chaldeorꝫ. Regnũ mesopotamie. Regnũ torquie. Regnũ syrie. Regnum cappadocie. Regnũ bithynie. In ptibꝰ vero affrice diuersa sunt regna ex diuersis regionibus que sunt. Ethiopia, libia, Egyptꝰ, Arabia, Iudea, cicilia. In partibus Europe. Thesalia, macedonia Thracia, stitia, maucicania, hũidia, et dicit Aluarotus hec recollegisse ex Solino de mirabilibus mũdi & libro descriptiõis imperij Tartarorum que retulisse iuuabit, quoniam horum lectura aliquãdo oblectat.

Regna christianorum

Regna asie

Regna affrice.

Regna i europa.

¶Questio. xiiij.

¶An filius primogenitus succedat in regno & quare.



E generali cõsuetudine primogenitus regis succedit in regno vt notabiliter vult Hostiẽ. et cõmuniter doc.i.c.licet.de voto extra. Qualiter autem ista ꝓsuetudo introducta sit vide Albericũ de rosate in.l.j.C.que sit longa consuetudo col. x. & seq. Ratio autẽ quare sic ad primogenitũ deferatur assignatur duplex per Panor.in.d.c. licet super glos. fina. ¶Prima propter bonum publicũ ne diminueretur dignitas. ¶Secunda quia si plures succederent in solidũ, tes publica lederetur: quia scđm philosophũ, multitudo pricipatũ noxa est Hinc est q̃ ordine nature vnus debet esse princeps. vij.q.j.cap. in apibus. Adde Bal.in tit. de prohibita feudi aliena. per federicũ.§. preterea. ducatꝰ. in primo nota.vbi dicit q̃ feuda pricipatuũ non dñt diuidi. Ratio assignatur per eum per illud Euangelicũ. Oñe regnũ in se diuisum desolabitur. et p aristotelẽ xij. metaphysice in fine vbi vult pluralitatẽ pricipatũ malã esse. dignitas enim non debet minui, sed ingeno augeri. l. obseruandũ. ff. de offi. presidis. Item quia dicit tex. q̃ nihil est tã magnum qđ per sectionem nõ fiat paruũ, in autẽtico de triente et semisse ad princip. collatio. iij. Ad hoc facit tex.in.c. maioribus de prebendis extra. ¶Item quia iste dignitates de rigore iuris non transmittũtur ergo nec diuiduntur. Sed de hoc tamen se remittit ad nota.in.c. venerabilem. de elec. et in.d.c.licet. Aliam rationẽ sentit Bal. in auten. hec amplius. C. de fide iõmissis, col.ij. versic. Oppono & videtur vbi dicit q̃ corona nõ põt diuidi. Et rex significatur per corpus sphericũ ipsius corone, cuiꝰ figura destrueretur, si diuideret in partes. ¶Item quia regnũ

est quid perfectum: sed perfectum non potest esse nisi vnum, & ita est indiuisibile. Alias rationes ponit de quibus supra dictum est idem Bal. i. l. fina. in prima lectura. ff. de rerũ diuisione. Aliã rationẽ assignat: quia dominatio non debet habere tot capita. Esset eñ mõstrum ꝙ in vno corpore essent duo capita ꝑ quo adducit. l. j. ff. de offi. ꝑfecti pretorio. & ꝑ hoc inferebat Bal. secundũ Guillermum ꝙ Romulus & Remus nõ erant ambo Reges: sed solꝰ Romulus Rex erat quia forte maior natu. Et si dicatur ꝙ Romulus fuerit fratricida, quomodo ergo potuerit esse Rex. Respon. ꝙ non priuato gladio, sed publico eũ interemit ꝑpter vitandã seditionem: immo iustitia interemit ipsum non frater per. l. palam. §. fina. ff. de ritu nuptia. hinc dicit glo. nota. in. l. cum probatio. ff. de ꝑbatio. Delictum tuum punit te non ego. Item quia criminosus potest esse Rex tam ex successione ff. familie herciscunde. l. his consequenter. §. j. q̃ populi electione. l. barbarius philippꝰ. ff. de offi. preto. Et hanc rationem vltimam Bal. ponit Aluarotus in titulo de aliena. feudi. §. fina. col. j. adducẽs tex. in. c. qm̃ de officio ordinarij extra & notata in. l. j. ff. de offi. metro. beri. lib. xj. Itẽ quia duo insolidum eandem rem habere non possunt. l. si vt certo. §. si duobꝰ versiculum. ff. cõmodati. Et de alijs rationibus vide eundẽ Aluarotum in. d. §. preterea ducatus. & hoc dicit limitandum nisi ex speciali priuilegio principis dignitates: aut principatus facti essent diuisibiles, vel ex consuetudine inducta sciẽtibus & videntibus imperatoribus: ita ꝙ ex certa sciẽtia eorum diuidant secũdũ And. de yser. & Bal. per l. in quibus in fine. ff. de legi. ad hoc facit quod nota. dicit Marti. de Carrazijs in tit. de feu. marchie in princi. secundum Albericum in. l. fin. ff. de iurisdi. omnium iudicum ꝙ in istis partibus citramontanis regulariter iurisditiones & feuda possunt alienari & diuidi ex cõsuetudine de quo supra diximꝰ in lib. primo. ¶ Adde ad precedentia Petrum de Ancha. in consi. cccxxxix quod incipit. Pro maiori intelligentia vbi elegãter de exordio regnorum disserit in principio Plures subijciens rationes quare ad vnũ & non ad plures filios regnum deferatur inter ceteras istas adducit: quia per vnum rectius q̃ per plures reipublice consulitur. l. ij. §. deinde. ff. de origine iur. Item quia iura imitantur naturam. institu. de adoptio. §. minorem. Sed sic est ꝙ regulariter in membrorum pluralitate est vnum caput: ita ꝙ si plura in vno corpore capita reperirentur monstruosum esset. l. nõ sunt liberi. ff. de sta. homi. Sic ecclesia vna que est in multitudine latius incremenro fecunditatis extẽditur quomodo multi radij solis sunt sed vnũ lumen licet atomi multi sunt: & robur vnum tenaci radice fundatum, & de fonte vno plurimi riuuli defluunt. Vnitas tamen seruatur in origine. sunt verba tex. in. c. loquitur. xxiiij. q. j. hinc dicit Dominus per Ezechielem. Seruus meus Dauid Rex super eos erit: & pastor vnus erit omnium illorum, & Segnius expediunt commissa negocia plures: vt habetur in. l. si plures. ff. de administra. tutorum. & quod commune est negligit l. j. quando & quibus quarta pars debetur. li. x. C. Subiungit ꝙ in considerationibus boni publici & communis visum est omnibus fere vtilius & sanctiꝰ regnum per successionem in plures non diuidi: sed ad pacem nutriendam/ inducendam/ & conseruandam per vnum reipublice consuli per quem ipsa multitudo dirigatur: iuxta illud Prouerbiorum. xj. Vbi uon est gubernator corruit populus. Vnde legitur in Salustij Catalinario ꝙ Romani binos imperatores fecerunt hoc modo arbitrantes melius q̃ per vnum reipublice cõsuli. Sed oppositum euenit dum eorum quisq; magis se extollere & amicitias querere cogitabat. Ideo in breui reuocauerunt prout habetur post principium dicti libri. Ad hec vide Sozinum in secunda parte consiliorum consi. c. lxv. vbi de hac materia late disserit signanter. col. vij. versic. Secundo hec conclusio probatur: & ne nimis immoremur: vide etiam Felinum in capi. que in ecclesiarum. col. xxix. ad finem ibi hanc declarationem limitat: vbi iter cetera adducit bonum textum in. c. quod autem. xxiij. q. vij. vbi dicit tex. ꝙ omnis potestas impatiens consortis est: iuxta illud Senece tragedia secunda. Nõ capit regnum duos & elegantius tragedia. viij. vbi dicit. Nec regna socium ferre nec tede sciunt. Adde etiam Egidium in trac. de regimine principum in secunda parte tertij lib. vbi pluribus rationibus ostẽdit melius esse Ciuitatem & regnum Regi vno q̃ pluribus. & hoc in. c. iij. predic. secunde partis. & in. c. iiij. vbi refert argumenta que in partem contrariam fieri possunt & ea soluit: & hec est communis resolutio. Licet Frãciscus patricius in suo tracta. de institutione reipublice. c. j. primi libri videatur Aristocratiam monarchie preferre quod forsan patrij moris senensis scilicet dulcedine allectus dixit: iuxta illud Catonis Pugna ꝑ patria. de quo est glo. post tex. in. l. veluti. ff. de insti. & iur. Ex precedentibus ample satis visum est quare in reguo vnus filiorũ succedat alijs exclusis. Sed hoc nõ satis est quia de cõsuetudine generali: de qua supra facta est mẽ-

Crimiosꝰ põt eẽ rex

Oĩs ptãsi patiẽs consortis est.

Frãciscus patricius.

tio. ¶ Vlterius dicitur q̄ illevnus q̄ succedit est primogenitus, ideo discutiēdum est. Quare sit primogenitus reliquis preferendus. Reperio Oldradum consilio.xciiij.col.iij.in fine & seq. pulcherrime declarantem q̄ vni filiorum est assignandum regnum exclusiue ad ceteros plu ribus rationibus que satis in predictis comprehenduntur. Sed quare ad primogenitum potius q̄ ad reliquos, duplicem rationem assignāt. ¶ Primo quia Rex viuens presentiens alterum ex filijs suis regnaturum debet plus curare de ampliatione & vtilitate regni sui. Que ratio parum vrget nisi dicamus q̄ etate proue ctior presumatur sapiētior: vt patet ex his que supra diximus. & ita quod sapientius & tutius regnum gubernaretur.

Quare primogenit⁹ p̄ferat̄ in regno.

¶ Secūda ratio per eum assignatur quia plu ribus existēntibus filijs rationabile fuit statuere q̄ primogenitus in Regem succedat. Nam natura dedit eidem generi aliquos scilicet subijci, ali quos principari. nec indignari debet iuuenis si seniori secundum etatem subiectus sit: honestum est enim iuuenibus ministrare & seniori bus obedire: vt ait Philosophus.viij. Politicorū ad quod facit lex fina.ff. de fi.instrumen. Subiungit Oldradus q̄ aliud etiam itidem suadere videtur scilicet dilectio quam pater communiter habet ad filium primogenitum. Et istas rationes refert & sequitur Albericus de rosate in proe.fforū §. discipuli igitur col.iiij. circa principium. Has rationes credo habuit Oldradus licet taceat ab Egidio Romano in tracta. de regimine princi. in secunda parte tertijs libri.c.v. col. penul. vbi dicit. Oportet ante talem dignitatē magis transferre ad masculos q̄ ad feminas: qa masculus est femina ratione prestantior, corde animosior, passionum min⁹ insecutor. Inter autem masculos oportet talem dignitatē tribuere magis primogenito q̄ alijs subiungens ratio nes supascriptas. ¶ Adde ad hāc vltimā ratio nem quod habetur Esa.xij. Dolebunt super eū vt doleri solet in morte primogeniti quasi innuat ille tex. q̄ maior est luctus in morte primogeniti, & sic maior dilectio. Ideo beat⁹ Augustin⁹ in sermone de decem preceptis dicit q̄ nihil est in heredibus charius primogenito. Ita refert Lucas de penna in titu. de tyronibus. C. l.iij.lib.xij.col.j. Hic etiam inter ceteras plagas quibus fuerunt afflicti Egyptij in terra Egypti hec nouissima tanq̄ asperior ceteris fuit secūdū Augustin. vbi supra q̄ oīa primogenita pcussa fuerūt & mortua p illud qd habet Exo.xj. Motiet̄ omne primogenitū i terra egyptiorū. &.xij. ca. Percutiāq; omne primogenitū in terra egypti. & sequit̄ in tex. Factū est autē in noctis medio. Percussit dominus omne primogenitū in terra Egypti: ppter quā plagā cōcessit Pharao vt egrederet̄ popul⁹ Israel. Et de hac plaga tāq̄ mirabili facta est mētio in plurib⁹ locis Psalmo.lxxvij. Psal.ciiij. Psal.xxx. Psal.xxv. & plu ribus alijs locis de quibus in euoluēdo sacro volumine biblie videre poteris. Ex his facile ppēdit̄ quāta sit in primogenitis p̄dilectio. Nec obstat secundū Egidiū Roma. in.d.c.v. supra allega. q̄ ptingit aliquādo magis diligere minores filios q̄ primogenitum: quia ridet q̄ facta humana & gesta particularia omnino sub recta regula & sub certa ratione nō cadūt. Ad hoc facit tex. in.l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. Sufficit ergo dicit Egidi⁹ in talib⁹ trāsire, ꝓbabiliter & leges statuere q̄ vt in plurib⁹ cōtinent veritatem que etem̄ semel aut bis vt ait Theophrast⁹ accidunt, cōtenūt legislatores. l. nā ad ea. ff. de legi. cū duab⁹ legib⁹ p̄cedētib⁹ vbi dicit Pomponi⁹ iurisc̄sult⁹ q̄ iura cōstitui oportet vt ait Theophrast⁹ in his q̄ entonima id est frequēter accidunt. & deinde Celsus cōfitmās inqt. Ex his q̄ forte vno aliquo casu accidere possunt iura non cōstituunt̄. Dicit tñ Egidi⁹ Roma. in.c.v. in fi. q̄ ex hoc q̄ sol⁹ primogenit⁹ regnare debet nō de eo solo cura diligens habeat̄. Ignorat̄ em̄ qd diuina puidentia statuit & nescit̄ cui filiorū succedat regnū. Ideo ne piciter̄ bonū cōmune de oīb⁹ liberis cura diligēs est habēda qd nota.

Cōiter magis diligit̄ primogenitus.

Oēs filij eq̄liter sūt instruēdi.

¶ Et ad predictas rōnes adde Petrū de ancha. in p̄dicto ꝓsi.c.xlix.col.j. in fi. & i prici. sequētis vbi vnā tm̄modo rationē assignat dicēs q̄ rationabile visum fuit ad primogenitū poti⁹ hoc ius detiuari q̄ ad alios ppter etatē: qa primogenito iuniores reuerētiā exhibere debēt. c. statuimus de maio. & obe. extra. ¶ Vltra autē p̄cedētes rationes corroborare possum⁹ p̄cedētia triplici rōne. ¶ Prio qa iure diuino ita cauet̄ vt habet̄ Paralipo.ij.c.xxj. ad prici. vbi dicit̄. Dormiuit autē Iosaphat cū pīb⁹ suis: & sepult⁹ ē cū eis i ciuitate Dauid regnauitq; Iorā filius ei⁹ p eo. & paulo post subiungit. Regnū tradidit Iorā eo q̄ esset priogenit⁹. ¶ Itē scdo rōne iuridica ꝓbat̄ qa q̄ prior ē tēpore potior ē iure vt ē vulgata regula: maxie qñ res ē indiuisibilis vt ē i ꝓposito. & ad hoc facit bo. tex. in.l. quotiēs de vsufruc. vbi determinat̄ q̄ si lego vsumfructum Titio & Meuio & nō possit prestari ambobus prefertur Titius quia primo nominat⁹. ad idem est bo. tex. in.l. generaliter §. siquidem. ff. de fideicōmiss. liberta. vbi determinat̄ q̄ si testator nomiauit alsi quos seruos manumittēdos ex p̄cio heredi relicto & p̄cio nō sufficit ad oēs: tūc p̄ferēd⁹ est prio

Argumentū abordie

noiatus. Ad hoc facit tex. in ca. penul. de elec. in vj. & in. c. mandato de preben. & dignita. in. vj.

¶ Ad hec vide Bal. in autentica hoc amplis de fideicom. col. penul. versi. nota dicit glo. vbi dicit q; in dubio nō debet pretermitti ordo & de prerogatiua ord. aliqua subiungit de quib⁹ per ipsum. vide Felinum late i. c. cū delecta. col. iij. versi. Ordo scripture de rescrip. extra. & i rubri. de maiori. & obedientia. Si ergo illud in ordine nominationis dicit ergo a fortiori in ordine naturali prioritatis vel posterioritatis nascendi cū

Ars naturā imitat. ars imitet naturam. §. minorē. institu. de adop. immo naturalia preualēt accidētalibus. l. iij §. j. ff. de tutel. & ibi Bar. l. j §. bestias. ff. de postulando. glo. institu. de rerum diuisione §. pauonum Bar. in. l. fina. ff. de offi. proconsul. Bar. & Alex. in. l. si quis posthum⁹. ff. de liber. & posthu. cū similib⁹. Ergo naturalis iste ordo nascēdi preponēdus est ordini ex nominatione causato cum accidentalis sit. Cum ergo in ordine accidentali id statuat a fortiori: ergo in ordine naturali id statuēdum erit. Ad quod facit bo. tex. i. l. j §. sed q̄is ibi vt ordinum dignitas. ff. de vētre inspicien. vbi pulcherrime dicit tex. Publice em̄ interest partus non subiici vt ordinum dignitas familiarūq; salua sit. Et ideo habet Exo. xxviij. q; nomina filiorum Israel precepit deus scribi in veste Aaron iuxta ordinē natiuitatis.

Ratiōe dignitatis q̄s pponēd⁹ ē ¶ Itē tertio quia in dandis officijs secularibus pōderatur dignitas no. dñi. de sanc. gemi. in. c. grandi in princi. de supplen. negli. prela. in. vj. & fauorem prestare debet auctoritas dignitatis in autentico de monachis. §. ordinationē. & ibi gl. in. c. miramur in versic. inordinatum. vbi dicit q; preferendus est is qui est i maiori ordine cōstitutus. c. vlti. lxxv. dist. glo. & tex. in. c. qa tua. l. dist. Hinc dicit glo. nota. in. l. j. §. si vicin⁹. ff. de aqua pluuiali arcēda i versi. seruitutē q; homo inferioris dignitatis maiori persone debet reuerētiā exhibere. Ad quod facit text. in. l. potioris. C. de offi. recto q̄uincie. & in. l. iij. ff. de aliena. iudicij mutandi causa facta. c. statuimus de maioritate & obedientia extra. & ibi glo. cū infinitis similibus. de quibus vide amplissimā cumulationem per Bartholomeum Cepolam in suo tractatu de impera. militum eligendo in. §. ratione dignitatis vbi triginta dignitatis priuilegia cumulat inter cetera q; dignior digniorē locum habere debet dignior in electione preferri debet. Dignior in reuerentie exhibitione in vtilitate, in administratione preferendus est vt iuribus allega. per eum ad quem recurre. modo sic est q; primogenitus dignior est ceteris fratribus vt ample satis supra declaratum est. Ideo nō est mirum vbi agitur de regno & sic de re indiuisibili si preferatur primogenitus. Et forsan iste rationes vrgentiores ceteris sunt.

¶ Vltio auctoritate vltra has rōnes assumptū probo. & per hoc vide eleganter Patricium lib. ix. de regno. tit. xxij. vbi dicit ius nature exigit & gentium consuetudo confirmat, vt maxim⁹ natu ex filijs mortuo regi succedat. Diuisio em̄ inter plures (vt in priuatis patrimonijs solet) regnum infirmi⁹ reddit & sepe parricidij causam prebet. q em̄ contēti non sunt portionibus suis alienas semper inuadere conant. Hoc Alexandri exēplo docet vt videre poteris per eū. & idē eodem titu. pagi. sequēti sic inquit. Atqui si rex decedens filios imperio dignos habebit, maiorem natu regem instituat nature ius ac gentium imitatus hic nature consuetudinisq; ordo ne vtiq; preuaricandum est nisi monstrum aliquod aleret. & paulopost exemplo edocet Philippi Regis Macedonū qui ad Persei filij suggestionem Demetrium natu maiorem capite damnauit: sicq; Perseus natu minor in regno successit: qui tandem a Romanis comprehensus Macedonici regni finem prescripsit. & subiungit q; si nature ius non violasset Philippus & Demetriū heredem instituisset, diu tutum reddidisset imperium. Ex his ergo clarissime constat quare potius ad primogenitum filium q̄ ad alium regnum transferatur.

Dictū patricij.

De perseo & demetrio fribus

¶ Questio. xiiij.

¶ Vtrum expedientius sit principem aut Regem per electionē assumere vel p electionē.



Via supra vidimus principes/ Reges/ & Imperatores: aliquando per successionem: aliquando per electionem assumi: occurrit hec questio pulcherrima & mihi aliquando proposita.

¶ Circa quam aliqualiter insistere decreui: quia a iurisperitis communiter omissa, & pauci eam tangunt quos referemus. Et mirum est de iurisperitis cum scientia nostra iuridica morali philosophie supponatur que diuiditur in ethicam/ economicam/ & politicam vt nota. dicit Christophor⁹ Porcus in lec. institu. ciuilium in principio colum. secunda. & ad idem vide Panormita. in proe. decreta. colum. quinta. versic. quarto. glo. in princi. querit.

& licet a iurisperitis ratissime tacta sit: ab illis tamen q de politia scripserunt amplissime est agitata, quorũ dicta iurib⁹ illustrata referemus.

Ioãnes buridanus

¶Circa hanc ergo questionẽ Ioannes Buridanus post Aristo. in lib. iij. Politicorum. q. xxiij. hanc dubie tatẽ examinat in partes arguens.

Pro electione.

¶Primo q̃ melius sit assumere principem per electionem mouet quadruplici fundamẽto. In primis. Nam melius est per illam viam principem assumi per quam contingit meliorẽ accipi Sed per electionem id contingit, quia electio fit cũ consilio ratione & deliberatione: ita q̃ in electione maius bonum prefertur minori bono. & pro hoc bo. tex. in. c. licet. viij. q. j. & in. c. metropolitano. lxiij. dist. & §. ordinatione in auctentico de monachis col. j. lxj. dist. c. cum miramur cum similibus. vbi ꝓbat q̃ melior & iustior sit eligendus. De hoc vide tex. & ibi glo. nota. in. c. ij. de offi. custo. in ver. sanctiores. & in. c. cum dilectis in ver. digniores. de elec. extra.

Perfecti⁹ ẽ qđ a pluribus fit.

¶Secundo mouetur quia periculosum est maxima bona fortune vni soli committere: maxime quia non est necessarium immo contingẽs q̃ ex bono patre nascatur bon⁹ fili⁹. ¶Pro primo dicto adde elegantẽ comparationẽ Aristotelis in Politicis lib. iij. ca. xj. vbi dicit q̃ vt conuiuium ad quos plures ꝓferunt melius est q̃ vna atq; simplex mensa. Sic iudicia multorum sepe meliora sunt q̃ vniuscuiusq;. & subiũgit q̃ multitudo minus subiacet corruptioni quẽadmodum aque magna congeries, sic etiam plures q̃ pauci incorruptibiliores sunt. At cum vnus iudicat si ira vel alia huiusmodi perturbatio vincat necessarium est iudicium corrũpi: sed i multitudine difficile foret oĩes irasci atq; deuiare verba Aristotelis vbi supra. Et per hoc facit bo. tex. in. l. vlti. C. de fideicommiss. vbi dicit tex. q̃ per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. Hinc dicit tex. in. c. decubus. xx. dist. q̃ facilius inuenitur quod a pluribus exquirit. & tex. in. c. prudentiã de offi. de leg. extra q̃ iudicium est integrum quod plurimorũ sentẽtijs confirmat.

Nõ semp filius sit patri.

¶Pro secundo dicto adde qđ dicit Patricius lib. ix. de regno titu. xxij. Cernimus nõnunq̃ ex optimis parentibus deterrimos filios nasci qualis fuit Cõmodus qui cum patrẽ Antonium haberet Romanorum principum sanctissimum, ipse i se oĩm dedecorum ac scelerum colluuionem contraxit.

Certior via deligẽda ẽ

¶Tertio mouetur quia melius est principẽ eligi per illam viam que nunq̃ deficit a nostra potestate. Electio autẽ nunq̃ deficit, successio aliquando quia non semper cõtingit regẽ filiũ habere: & ita hec via successiõis incerta ẽ, electionis aũt certa. & per consequẽs stultum videtur immo stultissimum vt vtar verbis tex. in §. ceterum. insti. q̃ cum eo qui in aliena potesta. viam hanc successionis deligere & p̃ferre vie electionis. Et ideo dicit aure⁹ tex. in autẽtico qui. mo. natura effi. sui ad principium inueniendum est vndiq; quod melius est.

Per electionẽ cedũt rixe & dissentiones

¶Quarto mouetur quia melius est Regẽ assumere per illam viam per quam cedunt rixe & dissentiones in ciuitate: sed per viam electiõis id fit. Nam si pater tyrannice se habuit: sequet filius mores paternos. Si autẽ per electionem aliquis assumet habebit diuersos mores ab eo qui tyrannice viuebat, regebat, aut imperabat.

¶Pro primo dicto adde bo. tex. in. l. equissimũ ff. de vsufruc. vbi dicitur q̃ duobus contẽdentibus de possessione equissimũ est vt pretor illã viam adhibeat per quam partes ad arma & rixas non procedant. ad hoc faciunt concordãtes ibi allegate i glo. in ver. iurisditione sua.

¶Pro secũdo adde bo. tex. in. l. quod si nolit §. qui mancipia. ff. de edil. edic. vbi dicit text. Presumptum est etenim quosdam seruos bonos esse quia nationis sunt non infamate, quosdam malos videri quia ea natione sunt que magis infamis est. & per illum tex. glo. ibi inversi. non infamate allegat illd vulgatum: Sepe solet filiꝰ similis esse patri. & illud. Nõ potest mala arbor fructum bonum facere. ad hoc facit bo. text. in l. quisquis. C. ad. l. Iuliã maiesta. §. filij vero vbi dicitur q̃ paterno debent filij perire supplicio in quibus paterni hoc est hereditarij cri minis exempla metuũtur: iuncta glo. in versic. in quibus. Et ita ibi probatur q̃ propter fortem presumptionem q̃ filius imitator sit scelerum & conditionis paterne punitur ex delicto patris. ad hoc est text. & glos. in capi. venerabilem de electione extra ibi quam progenitores ei⁹. vbi per illum text. adducit Panor. d. l. quisquis canonizatam. §. verum versic. si quis cum militibus. vj. q. j. & glo. in ca. ij. de filijs presbyte. in. vj. que dicit illam esse rationem quare prohibetur ne filius presbyteri ꝓmoueat ad ordines: quia presumptio est q̃ sequetur patris incõtinẽtiã.

Pro successione.

¶Sed pro parte altera scilicet q̃ melius est Regem vel principem assumere per successionem q̃ per electionem, arguit quadruplici fundamẽto. ¶Primo quia pater preuidens filium post se successurum in regno diligentius instruit filium & vehementius regnum conseruat q̃ si alius sub incerto electione sibi successurus sit.

De affectione patris ad filium.

Pro hoc adde bo. text. in. l. isti quidem. ff. de eo quod metus cau. per quem tex. dicit Bal. in. j. lectura. §. hec que diximus q̃ pater est sollicitus

de salute filij & honore ei⁹. ꝑ quo adducit tex. in.l.cum pater.§.mando.ff.de lega.ij. Hinc dicit Specula.in titu.de tutore.§.fina.versic.Item excipitur ꝓtra tutorē q⁹ pater teneť benefacere filio & lex multū cōfidit de eo. Ex voto eñ suo omnia que habet parat filijs.l.scripto.ff.vnde liberi.l.patrē.&.l.debitorē.ff.de his q in fraudē creditorū Specula.in titu.de locato.§.vj.q̄ incipit incipit nūc aliqua de iure amphiteotico q.clvj. Et presumiť pater velle ꝓuidere filio sicut sibi p.l.si pactum.ff.de ꝓbatio.specula.in tit.de feu dis.§.ij.versi.v.queriť. Hic dicit Bal.in.c.ꝓ tuas de ꝓbatio.q⁹ pater est melior amicus q̄ habeat filiꝰ:immo tāta est dilectio patris erga filium q⁹ magis terreť in filio q̄ in seipso vt est tex.in.d.l. isti qdē in fine.& ibi glo.nota.p illū text.inferēs q⁹ pater plꝰ diligit filium q̄ seipsum. Immo dicit tex.i.l.q rei.§.videri.& ibi no.ff.de bonis eorū q sibi mortē ꝓsciuerūt q⁹ pr̄ presumiť se odisse:ꝓ filio tñ dicebat Iacobus de Are.in.d.l.isti qdem in fi.id non esse verum quia charitas bene ordinata incipit a semetipso sed bene dicit esse concedendum q⁹ magis timeat pater piculum filij q̄ in seipso:quia forte tanq̄ sagacior & prudētior melius sciret vitare pericula. Ita refert Albericꝰ de rosa.in.d.l.isti qdem dicēs se audiuisse de facto contigisse q⁹ cum pater & filiꝰ inculparenť de quodam delicto & precedētibus indicijs torquendi essent. Tortus primo pater nihil dixit: deinde torquebať filius presente patre & nō valens pater ferre filij torturam confessus est crimen. Ex quo infert Albericus q⁹ vbi torquēdi essent pater & filius nō esset ineptum a filio inchoare rationē p̄dicta.& ad hoc adducit tex.instit.de noxali.§.fi. Et miror q⁹ tacuerit textum ad hoc formalē in.l.vniꝰ facinoris in princi.ff.de questio.de quo supra mētionē fecimꝰ vbi de priuilegijs primogeniti agebatur.

Pater est melior amicꝰ q̄ habeat filius An cēseať pr̄ plꝰ diligere filiū q̄ seipsum

Quare pr̄ plus diligit ipsius filiū q̄ filiꝰ patrem.

¶Quare autē plus timeat periculum filij q̄ sui ipsius:& quare pater plus diligit filium q̄ filius patrē,vide glo.in.l.isti quidē in fi.& postglo. Alb ericum de rosa.adducētē duas rationes:vnam secūdum Philosophum. viij.Ethi.dicētē q⁹ patres plꝰ diligūt filios q̄ ecōuerso:quia pater habet de suo in filio & non econtra.Sanguis etenim patris sanguis est filij.l.iiij.ff.de inoffi.test. Aliā rationē adducit ex Chrysostomo hoc modo cōparatiue loquēte q⁹ sicut humor arborē transit in ramos & folia & fructus ex radice,& nō ecōuerso:Sic amor ascendentium in descendentes: quia filiꝰ magis respicit filium suum q̄ patrem, quod facit ad questionem.

Questio.

¶Vtrum in pari necessitate pater patri suo potius q̄ filio subuenire debeat.de qua questione vide per docto.in dicta.l.isti qui dem per Albericum in.l.ij.C.de patribus qui filios distraxerunt.vide Prepositum in.c.cum haberet de eo qui duxit in matrimoniū quam polluit p adulterium & per eundem in arbore consanguinitatis & affinitatis col.vj.& ita per hec resultat fundamentum: supra pro hac parte amplissime formatum q⁹ scilicet vbi pater preuidens filium successorem in regno sedulius & vehementius curabit de conseruatione regni. Pater etenim non presumitur velle decipere filios.l.si superstite in fine C.de dolo. Paulus de castro consi. cccvij.quia potius ex paterna pietate cōsilium pro filio caperet arg.tex.in.l.nec in ea.§.fina.ff. ad.l.Iul.de adulterijs.alias pater filios negligēs sibijpsi studens,sibijpsiq; viuens tantum in liberos familiamq; suā tyrannus est. Ita pulchre inquit Patricius libri primi de regno titu.iij.in fine.Sic econtra quando preuideret pater regnum non esse sibi proprium:sed reipublice segniter ageret in conseruatione & augmentatione ipsius regni.Naturale quippe vicium est negligi quod communiter possidetur vt quod se habere nihil qui non totum habeat arbitreť vt dicit aureus text.in.l.ij.post principium.C. quando & quibus quarta pars debetur libro.x. non enim parcit populis regimen breue.vt est glo.singula.in.c.habet etiam.xvj.q.j.

Pater q̄n̄ q⁹ ī filios ē tyrannus.

¶Secundo mouetur pro hac parte Buridanꝰ. Nam vbi regnum successione transfertur:tunc sequitur pronior subiectorum obedientia.Nam subiecti consueti obedire alicui facilius dirigūntur ad obedientiam prestādam filijs illius & parētibus qui succederent in regno. Diuturna eñ consuetudo secūdum Philosophum facit obedientiam.pro quo adde bo.text.in.c.cum non liceat de prescriptio.extra. Consuetudinis eñ non parua est auctoritas vt est tex.in.l.ij.C.que sit consuetudo longa.c.cum consuetudinis extra cum silꝰ.Hinc dicit Aristot.i.j.lib.Rhetoricorum quod consuetum est velut innatum est: quia consuetudo similis est nature & consueta omnes seruant.Hinc dicit Seneca tragedia.vj. Dediscit animus sero quod didicit diu.& Tullius lib.iiij.Rhetoricorum nouorum. Optima viuendi ratio est eligenda quam iocundam consuetudo reddet.Hic Catullus elegia prima,Difficile est longum subito deponere amorem. Difficile est verū qđ lubet efficies.& ideo dicit not.tex.in.l.ij.de constitutionibus princi.ff.in rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet vt recedatur ab eo iure quod diu equum visum est.Nam nouitas vt plurimum discordias generat.dicto ca.cum consuetudinis extra

Nota pro cōsuetis.

de consuetudine. & ideo dicit Speculator in tit. de feudis. §. ij. nouitates inducēdas non esse: mutationes em̄ periculose sunt vt dicit Goffre. & post eum Cardi. in dicto. c. cum consuetudinis in secundo notabili.

¶ Tertio mouetur Burida. quia ex electiōe sequuntur dissentiones: quia pēdet ex voluntate plurium inter quos naturalis inest ad dissentiēdum facilitas & eligentium iudicium fauore & odio puerti potest: ita vt eque cito malum principē sicut bonum eligerēt. p quo adde bo. tex. in. c. quatuor modis humanum puertitur iudicium. xj. q. iij. & tex. in. c. j. de sentētia & re iudicata in. vj. ad principiū cum concordantijs vtrobiq; allegatis. hinc sepe videmus eligētium vota plus offerētibus venalia exponi: iuxta illud Nasonis. Dat sensus honores. qđ certe reipublice pnicioſissimum est. Male em̄ res se habet vt inqt Tullius in officijs, cum quod virtute effici debet id tentaī pecunia. Hinc Valerius lib. iiij. inqt. Nihil eoū quevirtuti debent emere pecunia licet: p quo facit bo. tex. in. l. si quen q̄. C. de episco. & in autētic. vt iudices sine quo quo suffragio ad princi. facit tit. ff. x. C. ad. l. Iuliam de ambitu. Hinc dicit aureus textus in. l. contra publicam. C. de re militari lib. xij. q̄ non ambitiōe: sed labore ad honorē conuenit puenire. de quo dicto meminit glo. in. c. fi. in glo. fina. de simo. extra dicens q̄ talib⁹ ambitiosis honor potius est auferēdus. c. in scripturis. viij. q. j. &. j. q. j. c. sicut is. Hinc dicit August. lib. v. de ciuitate dei. Rerum gētium nationūq; imperium penes reges erat: quos ad fastigiū honoris non ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio, puehebat. Et ideo Eurípides ambitionem execrabatur vt pessimum in ciuitate numen vt refert Patricius de regno lib. iiij. tit. xx. vbi idē ipse Patricius in folio illi⁹ tituli dicit. Tollit ambitio virtutis premium & deteriores melioribus prefert. sed iste practice licet sint iprobate a iure tñ de facto seruanī vt inquit Io. de Imo. in ca. p inquisitionem in quinto notabili de elec. extra. quo fit vt inquit Salusti⁹ in Catalinario. Gloriā & honorē & imperium bon⁹ & ignau⁹ eque sibi exoptant. Si bon⁹ vera via nitī: si ignauus quia bone artes desunt, dolis atq; fallacijs contendit. Quare hodie (prohdolor) maxima sequitur rerumpublicarū pnicies & durior iactura. Idcirco dicebat idem Salusti⁹ in Catalinario. Vbi diuitie honori sunt & eas gloria imperiū potentia sequī: hebescere virt⁹, paupertas, pbro haberi, innocentia pro maleuolentia duci incipit. Hinc Plautus in Amphitrione virtute dixit victores viuere Iuppiter non ambitu neq; perfidia, qui minus eadem sit lex histrioni que summo viro & hoc inter ceteras summe precauēdū in muneribus iudicialibus. si secus actitatum fuerit audiant principes qd elegātissime scribit Valeri⁹ vbi de cēsoria nota differit. Expugnenī licet vrbes, corripianī gētes, regnis manus inijciantur nisi foro & curie officium sua verecundia cōstiterit, partarum rerum cumul⁹ celo equat⁹ sedē stabilē nō habebit. hoc sit obiter dictum.

¶ Quarto mouet Burida. quia quando p successionē generis transfertur regnum immediate filius post obitum patris efficitur Rex. Quādovero per electionē contingit sepe regnum lōgo tēporevacare in detrimentum reipublice.

¶ Pro primo adde consuetudinē vulgatam in his partibus: quia cauetur q̄ mortu⁹ se finat viuum. de qua consuetudine vide Io. fab. i. §. j. institu. de interdic. & in. §. sin eodem de here. qualitate & differētia. & in. §. alteri. institu. de inutili stipula. In pluribus etiam alijs locis de hac consuetudine mētionē facit. vide Guido. pape decisio. quingētesima qnquagesima secunda. & est qđ dicit Bal. in. l. fina. C. cōmunia de manumissionibus: vbi dicit q̄ ille tex. facit ad prouerbiū quo cauet q̄ mortuus aperit oculos viuētis. & hanc possessionē sic continuatā de patre in filiū appellat ciuilissimā. Idem Bal. in. l. fina. C. de sacro. ec. p quo facit bo. tex. i. l. sive possideris. C. de pba. & in. l. in suis. ff. de libe. & posthu. cū silibus. ¶ Proscdo facit qa diuturna vacatio bñficij piculosa ē vt ē tex. i. c. ne p defectu de elect. extra vbi dicit Io. de Imo. q̄ ex defectu prelati aut pastoris sepe occurrūt picula aiarū subditis instigatiōe demonis. Sepe etiā eccl'ia patī detrimētū in facultatib⁹ vt in silī ē tex. i. c. qa sepe de elec. i. vj. ita i republica carēte pricipe dicēdū ē. Et ideo Ozee pphetā iter miserias q̄s Iudeis futuras pgnosticat hāc iterseruit. Dies mltos sedebūt filij Israel sine rege & sine pricipe vt habet Ozee. c. iij. ¶ Ex p̄dict̄ argumēt̄ i vtrāq; partē deduct̄ & iuridicis alijs allegatiōib⁹ nris fortificatis Buridan⁹ vbi supra infert duas q̄clones: q̄s Pria ē. Meli⁹ ē regē vel pricipē assumi p electionē q̄ p gnis successionē. Scda q̄clusio. Meli⁹ ē p̄ter accidēs & aliq̄s circūstātias pricipē assumi p successionē gnis q̄ p electionē: & ita i effectu cōcludit q̄ regl'iter meli⁹ ē electū q̄ hereditariū regē hr̄e. Qđ existimat limitādū q̄n accidēs aliqđ q̄trariū suaderet: puta q̄n esset q̄suetudo i cōtrariū legitie p̄scripta. de q̄ infra latius. ¶ Sed reperio Egidiū Romanū i suo tracta. de regimine pricipū lib. iij. c. v. vbi iudicio meo videt loq; sine stabilitate. Nā prio dicit q̄ absolute loquēdo meli⁹ esset pricipē q̄stituēdū esse p electionē q̄ p

Cōtra eos q̄ nō virtute sed ambitione p̄mouētur.

Cōtra tēpora hodierna.

Mortuus aperit oculos viuētis

Cōclusiones Buridani.

Egidi⁹ romanus.

hereditatē. Nā qñ p hereditatē tūc exponūt regnū casui & fortune: ex quo iceptū ē q̄lis debeat esse filius ad quē spectabat regnum. Sed p̄sideratis gestis & conditionibus hominū quas experimētaliter videmus videtur esse cēsendum (dicit) magis expedire regno vel ciuitati vt dñs preficiatur per hereditatē q̄ per electionē, quod triplici ratione nititur ostēdere. Prima ex parte ipsius regis regētis populum. Secunda ex parte filij qui debet in hereditatem succedere. Tertia ex parte populi qui debet per tale regimen gubernari.

¶ Primam viam sic deducit: quia inenarrabile est quantam dilectionem habeat pater erga filium, & quantum differat putare aliquid proprium: secūdum Philosophum in secundo Politicorum. Ex quo infert q̄ omni cura qua poterit mouebitur pater ad p̄curandum bonum statum regni si cogitet ipsum peruenire ad dominium filiorum. Istud fundamentum satis supra declarauimus: quia supra similem facit Buridanus, & ad dictum Philosoph. in tertio Politicorum dicentis esse difficile vt patres possint tradere regimen regni proprijs filijs quasi innuens illud virtutis esse diuine & excedere humanum modū. Sed respondet q̄ hoc ideo dicebat Philosophus quia antiquitus vt plurimum Reges conuertebantur in tyrannos & non diu durabant. Et ita non admittebantur filij ad successionem regni. ¶ Ad hoc non incongrue adduci potest illa satyrici sentētia: Ad generū Ceueris sine cede & vulnere pauci Descēdūt reges & sicca morte tyranni. Ideo cū Tales Milesius sapiētum primarius interrogaretur a quodam familiari suo quidnam in omni vita difficilime vidisset, tyrannum inquit, senem. Ad hec vide Franciscum Patricium in suo tractatu de instit. reipublice lib. j. titu. j.

Quare antiq^s filijs regū nō succedebāt in regno.

¶ Secunda via qua nitebatur Egidius Romanus est. Nam sicut mores nuper ditatorum vt plurimum peiores sunt moribus eorum q̄ fuerunt diuites ab antiquo. Sic mores nuper potentum & de nuper eleuatorum per adeptionem ciuilis potentie peiores sunt moribus aliorum: pro quo adduco aureum text. in. c. negociatorem clericum. lxxxviij. dis. vbi dicit tex. Negociatorem clericū & ex inope diuitē, & ex ignobili glorioſum quasi quādā pestem fuge. & ista est vna de duodecim abusionibus seculi quas refert glo. post Ciprianū i cle. ne in agro. §. quin vero in verbo curias principum de statu. regu. Et subiūgit Egidius nesciunt enim tales fortunas ferre: nuper em̄ esse exaltatū i regē ē quasi q̄dam ineruditia regie dignitatis. Tales quidē vt plurimum tyranni sunt & inflati corde ineruditē regnant, quod non contingit in filijs succedentibus in regno tanq̄ in hereditate patrimoniali. Et ideo dicebat Patricius loco nup allegato raro ad modum accidere principē eo animo regnare quo imperium accipit. Ex tāta em̄ ac pene infinita Cesarum serie qui omnes Imperio deteriores facti sunt, Vespasianus solus omnium ante se principium in melius mutauit vt inquit Cornelius Tacitus. Et ait Flauius Siracusanum Diocletianum dicere solitum nihil difficilius esse q̄ bene imperare: initia enim principatus faciliora sunt quo ad populi fauorem sibi conciliant. Sed postq̄ potiti rerum sunt segnitia ac libidine omnia pessundāt: nullus dei metus: nulla regio eos arcet & tam diu insaniunt, donec a populis opprimunt.

Nup ditati peiores sunt alijs.

¶ Tertia via nititur conclusionē suam verificare Egidius ex parte populi: quia cōsuetudo est altera natura: propter quod regimina ex consuetudine efficiuntur quasi naturalia. Populus enim si per diuturnam consuetudinem obediuit patribus filijs & filiorum filijs quasi naturaliter inclinantur vt voluntarie obediant. Et ita cum omne voluntarium sit minus onerosum & difficile Regem assumere hereditarie meli^s ē q̄ electiue cum in electione absit hec consuetudo obediendi: immo per electionem potius dissentiones orirentur. Circa istud fundamentum non insisto: quia supra facit Buridanus circa qd̄ institimus. Non obstat dicit Egidius q̄ sic per successionē regnum forte deferretur cum ignoretur qualis sit filius futurus: quia respondet q̄ vix aliqua sūt gesta humana que aliqua ex parte non exponātur periculis: illa tamē magis cauenda sunt que pluribus periculis exponuntur proquo facit bo. tex. xlij. dist. i. c. duo mala. licet omnino cautissime sint precauēda: tñ si periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit id debemus resoluere quod minori nexu no scitur obligari. Ex predictis infert Egidius Romanus q̄ expedit Regno filium succedere in regimine patris. Et si aliquis defectus esset in filio regio ad quem deberet regia cura peruenire suppleri poterit p̄ sapiētes & bonos quos tāq̄ manus & oculos debet sibi Rex in societatē cōiungere. Sapientibus em̄ gubernationes cōpetere debēt. lxxx. dist. c. porro. Rex em̄ sine sapiētia est sicut denarius eneus in computo mercatorum vt nota. Dicit Albericus in suo dictionario post Egidium Romanum in suo tractatu lib. ij. ca. vij. Ideo dicitur q̄ princeps omnia iura habet in scrinio pectoris per sapientes scilicet regni sui. ¶ Hec pars cū qua residet Egidi^s Ro

Regimina p̄suetudie fiūt naturalia.

Ex duob^s malis min^s eligēdū.

Rex insipiēs est denarius aeneus.

manus videtur meram continere veritatē que aliquibus iuridicis regulis corroborari potest.

Pro regni successiõe

Primo pro hac opinione Egidij vide Prepo. in c. moyses. viij. q. j. vbi post quēdam Guidonem Episcopum Eluensem ponit duas cõclusiones & illas duas conclusiones posuerat ante cardi. de turre cremata ibidē qui ita transit vbi respõdet ad. c. moyses vbi videtur probari regna esse deferenda successione ꝙ contra illud. c. est consuetudine contraria prescriptum patientibus & scientibus his quorum interest: & hos duos solos Doctores canonistas: scilicet Cardina. de turre cremata & Prepo. reperio hanc questionem tetigisse: & pro corroboratione opinionis Egidij adde Augustinum de anchona in tract.

An papa melius faciat ordinando imperiū p electionē q̄ p successionem

de potesta. ecclesiastica quest. xxxv. arti. vij. vbi querit. Vtrum papa melius faciat ordinādo imperium per electionem q̄ per hereditariam successionem & arguit in partes: tamen ꝯcludit ꝙ consideratis gestis & conditionibus hominum quas experimentabiliter videmus: inde putat ꝙ ecclesia melius faceret ordinando imperiū p successionē q̄ p electionē. hīc ad Ephesios iiij. Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis: sed magis seruarentur in pace fideles si imperium ordinaretur per ecclesiā hereditarie q̄ per successionem sicut quotidie videmus in regnis que hereditario & perpetuo dominio reguntur: ergo, & sunt verba Augustini de ancho. & p hoc adducit tres rationes politicas quas refert Egidius & predicti docto. Nullum tamen citat & ad adducta in illam partē contrariam respondet: & maxime ad illud diui Augustini dicentis omnia mala procedere ex amore male inflammante & ex timore male humiliāte. Nā ex amore priuati boni vel ex timore perdendi huiusmodi priuatum bonum imperator dñiū non recognosceret ab ecclesia: ex quo ex hereditaria successione & ex antiqua ꝯsuetudine eēt sibi quasi in naturā conuersum.

¶ Respondet ꝙ sermones morales sicut affirmatiue ligant sic negatiue soluunt: ex amore nāq; inflāmate, & ex timore bene humiliante procedunt omnia bona: magis autē secundum rectam rationē arbitrandum est ꝙ Imperator bene deberet inflammari ex bono suo. ex quo videretipsum perpetuari in filijs q̄ male & magis deberet bene humiliari & timere ne priuaretur in filijs suis tali bono q̄ si priuarentur in se tantum. Et pro hac opinione Egidij facit qđ dicit Patrici⁹ lib. ix. de regno titu. xxj. qui talis est Rex q cum virtute vixit demum de successore cogitare debet. & ibidem versic. j. dicit. Optabit igitur Rex sobolē ex se genitam similē sibi esse non effigie verum virtute ac moribus, vt Rex nō decessisse: sed iunior factus videatur.

Causa naturalis potior est q̄ cā accidentalis

¶ Scdo ꝓbo ꝯclusionē supradictā rōnib⁹. Prīo quia naturalis ꝯa cā naturalis potētior ē q̄ cā accidentalis. l. iij. §. j. ff. de test. intel. Bar. in. l. pcōsul. que est finalis lex. ff. de officio pconsul. & lega. Per electionē accidentali causa quis regnum sortitur. Per successionē autē naturali ideo videtur melior regni trāslatio successione q̄ electione.

¶ Secundo quia frustra fit p plura quod potest fieri p pauciora. insti. ꝙ cum eo q in aliena pōt ad princi. Per pauciora eīm ꝓcedit ad assecutionē regni successione: ergo frustra procederetur ad electionem cum in ea longe plura requirerētur vt certum est.

¶ Tertio quia in dubijs eligēdum est qđ certi⁹ est. c. iuuenis de sponsa. extra cum ꝯcordantijs ibi allegatis in glo. Per successionē autē certior estvia q̄ p electionē: quia nescim⁹ quoaīo & qua voluntate ducant electores. Qđ etēm pēdet a hoīm sen-

Varie sunt hoīm sententie.

voluntate hoīs incertitudinem continet. Varie etēm sunt hominum voluntates. l. quia poterat ff. ad trebellianum. c. quia diuersitatem de concessio. prebē. glos. nota. in. l. penulti. ff. de officio pretoris. in ver. multo magis que adducit illud vulgatum. Mille hominum species & rerum discolor vsus. Velle suum cuiq; ē nec voto viuitur vno. ¶ Itē quarto quia inspiciendum est qđ euenire potest. l. si idem cum eodē. ff. de iurisdictione omnium. iudi. ad finem. l. in quātitate. §. magna. ff. ad. l. falcidiam. l. si quis domum. ff. locati. Sed vbi successione ad regnum pueniť: inde nulla dissētio exoriť: sed sec⁹ vbi p electionem ꝓpter naturalē hominum ad dissentiendū facilitatē vt. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. Vota eīm sepe ī plures distribui possūt: & sic quilibet electorum volet administrare secundum glo. que de duob⁹ imperatoribus loq-

Ex bellis fiunt seqť respublice pnicies

tur in cle. vnica inver. reges in fine de iureiurā. seqť reipublice pnicies: vt notabiliter dicit Bal. in. l. j. C. de cies. seruis fugiti. col. ij. versic. ij. opponitur vbi dicit ꝙ prime hominum calamitates ceperunt a bellis. Pro hoc etiam est tex. nota. in. l. vnica. C. de caduc. tollen. ad principium vbi singulariter dicit glo. j. ꝙ bella calamitatem inducunt: maxie intestina: puta ciuium contra ciues ꝙ vbi diuisio simile est vt in arbore si scinderetur in medium vel prescinderētur eius rami: quia cito desiccantur: in tali enim morbo abscinduntur nerui ciuitatis. i. magni ciues. Vnde ciuitati aduenit spasmus & plerūq; inducitur ad necessitatem tyrannidis sicut experientia docet: quia imperitum & ignobile vulg⁹ non diu sustinet pres-

suras. & ideo refert quēdā sapiētē Ianuēsem solitum dicere ꝙ diuisio ī ciuitate est vermis ingressus in caseo. Magna (vt inquit Iuli⁹ Celsus de gestis Alex. lib. vij.) ex dissentionibus incōmoda oriri solēt. Concordia etem̄ parue res crescunt: discordia autē maxime dilabuntur vt inquit Salustius in Iugurta. Et omne regnum diuisum cōtra se desolabitur: & oīs ciuitas vel domus diuisa contra se nō stabit. Math. v.

Diuisio in ciuitate vermis est in caseo.

¶ Quarto & vltimo quia communis consuetudo nunc modum transmittendi regni approbat vt nos supra deduximus. Ergo videt̄ hec pars longe qualicunq; tutior cū sit consuetudo optima dubiorum inter pres. c. cum dilectus de cōsuetudine extra cum similib⁹: maxime qa iure comprobat̄. c. licet devoto extra.

Consuetudo est optima dubiorum interpres.

¶ Sed ꝓ parte contraria cum qua residet Buridanus plura arguo ꝙ scilicet meli⁹ sit regnum electione q̄ successione transferri. Primo exemplis. Secundo rationibus iuridicis.

¶ Primo exēplo Alexandri Magni ꝓbatur: q̄ licet haberet filium Herculē indolis ꝑ egregie ac Ideum fratrē iuuenem ingenij comitate eximium & Roxanē coniugē grauidam, nullū aliū nuncupauit heredē nisi dignissimum oblitus posteritatis sue & omnium necessitudinūatq; aliarū affinitatum suarū vt inquit Patricius lib. ix. de regno tit. xxij. vbi subiungit, ꝙ cum iam preclusa voce fari nequiret incerto sermone altercatio inter principes oriretur exempto digito anulum Perdice dedit: vt quē voce heredem ac successorē non nuncupauerat tacito iudicio elegisse cerneret̄. Refert etiam idem Patricius eodem titu. in fine ꝙ Masinissa Rex cum centesimum annū ageret iamq; longo senio deficeret testamento super regno suo facto omnia senatui Romano permisit. & Aemilium scipionem/auctorē/tutorē/curatoremq; filiorū nepotumq; suorum esse voluit.

¶ Secundo rationibus probo hāc opinionem. Primo qa si secus sequeret̄ regni pernicies. qd̄ ꝓbatur sic. Contingere etenim potest sic regnū ad puerū & infantē deferri: quia certū est talē capacem successiōis paterne. Dicitur autem Ecclesiastici. j. Ve terre cui⁹ princeps puer est. Indecorum enim est hunc aliorum regimen assumere qui seipsum regere nequit. c. indecorum de etate & qualitate extra. Sed forsan dici poterit ꝙ ibi puer dicit̄ a morū prauitate vt i sil̄i sumitur ad Corinth. xiiij. Nolite fieri pueri sensu. de quo vide Io. de Anania in rubrica de delictis puerorum col. ij. Pro quo accedat quod refert Patricius loco nuper allegato vbi dicit ꝙ Phrahates Rex Persarum cum decederet plures filios habebat omnes tamen preterijt: quia illos per etatem minus vtiles regno futuros duceret & Mythridatem fratrē virum fortem etate integra & rerum susceptus dignissimum instituit vt ostenderet regem longe pluris imperij dignitatē q̄ paternam indulgentiam facere.

Puer vnde dicitur.

¶ Item & secundo quia vbi per electionem ꝓcedit̄ necesse est plura efficere. ex quibus quasi necessario sequitur ingenui viri & strenui assūptio. Ad hoc etenim vt electio valeat quinq; requiruntur vt inquit Bar. post glo. in. l. serui electione. ff. de lega. j. Primo causa valida, habilitas eligentis aut eligentium, deliberatio, habilitas electi, & actus eligendi. ex quibus obseruatis resultat strenuissimum virum assumi & capacem siue habilem tanti administrandi regiminis. Electio em̄ de inhabili non potest fieri per habētem arbitrium eligēdi Bar. in. l. q̄q̄. ff. de ritu nuptia.

Reqsita in electione.

¶ Item tertio quia in electione officialium consideranda est artis peritia. Io. de platea in. l. j. C. de conditis in horreis publicis lib. j. Et ita voluit Tullius in oratione ꝓ Pompeio. & Vegetius de re militari in principio vbi dicit. Nullus est quē oporteat vel plura/vel meliora scire q̄ principē: cuius doctrina debet omnibus ꝓdesse subiectis. Ideo dicit idem ipse Vegetius lib. iiij. de re mili. Si doctrina cesset armorū nihil paganus distat a milite. In electione etiam officialiū consideranda est eligentium experientia, vt notabiliter vult Ioan. de pla. vbi supra. & ad summum plurima sunt perpendenda in eligendo imperatore principe vel rege vt late videre potes Bartholomeū, Cepolā ī suo copioso tractatu de imperatore eligēdo que rarissime cōperies ī eo ad quē successione regnū deferretur.

¶ Itē quarto quia esset virtuosis viam precludere cōtra omnē iuris dispositionē. Post enim palmam laboris emeriti principatus honore remunerandi sunt. l. j. C. de princi. agēti. in rebus lib. xij. l. iubemus ibi longi tēporis sudore quesiuit. C. de ꝓximis sacrorum scriniorū eo. lib. l. j. C. de castrentiarijs & ministrarijs vbi dicit tex. Prioribus discedentibus insequētes ad locum pro merito laborum stipendiorum succedant. & ad idem est textns in. l. finali. C. de tyronibus. eodem libro vbi dicit textus. Quenquem altiorem gradum obtinere rite non patimur nisi cui & laborū assiduitas & stipendiorū ꝓlixitas suffraget̄. Hinc dicit Imperator in. l. in nomine dñi. C. de officio prefecti aphrice. Sēp ꝓuidemus vnūquēq; secundum labores suos etiam maiores grad⁹ & meliores dignitates ꝑducere. Ad hec facit bo. tex. in autētico de mo-

Virtuosi sunt in honorib⁹ preferendi.

nachis §.ordinatione vbi dicitur q̄ qui optim⁹ inter ceteros apparuerit tanq̄ presulatu dignus eligendus est.Secundum eñ maius meritum dignitates conferende sunt.c.vulterane. xij.q. ij.c.vnico in princi.de reliquijs & venera sanctorum in princi.Virtutum etenim premia tribui merentibus conuenit.l.vt virtutum.C.de statu. & imagi.cle.cupientes. de pen.& remissio.ad princi.c.non loca.xl.dist.alias eteñ nisi sequaē virtutē remuneratio rarissimos virtutis palestritas esse cōtingeret:iuxta illud Iuuenalis.Quis enim virtutē amplectitur ipsam,Premia si tollas.Et ita ergo longe melius est principem per electionem assumi per quam sequit̄ virtuosos remunerari q̄ per successionem ex qua vt plurimum contrarium euenit.

¶Quinto confirmatur hec pars:quia vbi via electionis ꝓceditur post electionem sequi debet confirmatio:aut saltem quedam approbatio a superiore.c.venerabilem de elec.extra.Et ita iterum nouum est examen electis:ita q̄ is cui competit cōfirmatio vel approbatio potest reprobare & ānullare electionē factā & de alio puidere.vt in.d.c.venerabilem.

¶Sexto confirmari potest ex his que in superioribus dignitatibus videmus:puta in dignitate papali & imperatoria ad quas per viam electionis ꝓcedit̄.Cū ergo ita sit in superiorib⁹ dignitatib⁹:ergo idē erit dicendū in aliis inferioribus principatibus & regnis secundum quod voluit pulcherrime Paulus de castro in consi.nouis concil.clxv.vbi dicit q̄ consuetudo dispones de successiōe regni debent seruari etiam in alijs successionibus aliarū dignitatum vbi aliud non statuitur.& hoc quia nō decet a capite membra discedere.c.cum non deceat de prescripti. facit bo.tex.in.c.nouit cum concordantijs allega.in glo.inver.non decet de his que fiunt a p̄lato sine consensu capitali.Et subiungit Paulus q̄ ea que deciduntur a iure scripto vel non scripto:puta consuetudine extendi debent a simili secūdū glo.in.l.non possunt.ff.de legi.& tex.i.l. j.C.que sit longa cōsuetudo.bo.est tex.i.l.aliud ff.ad.l.aquil.Sed ratio que militat in eligēdo imperatore militat & in aliis dignitatib⁹:ergo &c.

Inferiores principat⁹ a summis regulantur.

¶Cum ergo Papatus & imperatoria dignitas dispositione iuris communis electione transferatur:ergo idem erit dicendum in istis inferioribus dignitatibus.& licet exēplis arguēdum nō sit.l.nemo.C.de sentētijs & iterlocutio omniū iudicum.Tamen a ratione naturali que est exēpli causatiua arguere licet sicut de francigenis ergaleges imperiales dicit Bal.in.d.l.nemo.

¶Ecce vides rem vtrinq; agitatam auctoritatibus & rationibus:ita vt ꝓblematica merito censeatur.delige ergo quā partē volueris.sed q̄ magis expediat successione transferri principatus q̄ electiōe plures doctorum auctoritates rationesq; suaderevidenē.Et ita amplectenda videē hec opinio per ea que ample dicuntur p̄ feli.in c.j.colum.ante penulti.de constitu.extra.maxime quia consuetudine fulcitur cuius non est leuis auctoritas.vt supra diximus.& ideo dicit Baldus q̄ habet vim iustitie.Bal.in capitu.j.in do habet princi.ij.col.qui feudare possunt:ita q̄ ex quo vim iusti aliquid est consuetum iam non est arbitrarium tie. sed necessariū.Bal.in.l.quicunq;.col.iiij.versic. scias autem.C.de ser.fugiti.per.l.saccularij.ff. de extraor.crimi.nota.in.l.qd ergo.§.pena grauior.ff.de his qui.not.in fa.alias quis videretur rationē excedere.glo.in.l.hodie.ff.de pe.& ideo dicit Bal.cōsilio.clxxxv.in primo volu.q̄ id quod est consuetum,ita videtur innatum q̄ illi sicut matri adhibenda est reuerētia quia eq̄paratur iuri naturali quod est immutabile vt latius ibi per eum.

Quæstio notabilis.

¶Sed queritur eo stante quod principatus cōgruentius transferatur successione q̄ electione: Quare ergo dignitas papalis non transferē successione cum rationes prescripte eque militare videantur potissime:quia est introducta ad vitanda bella & contentiones.Materia autē litis & discordie maxime inter viros ecclesiasticos est vitanda:quia seruos dei non oportet litigare sed mansuetos esse ad omnes.vt habetur.ij. ad Timotheum.ij.facit tex.in.c.j.&.ij.de postulando extra.& arma clericorum sunt lachryme c.vlti.xxxvj.dis.c.cōmunior.xxiij.q.viij Item quia vbi electionis via ꝓceditur ibi vt plurimū cupiditas & ambitio vt supra deduximus.Sed regimē ecclesiasticum potissime debet esse remotum a tyrannide & cupiditate:quia venenū charitatis est cupiditas secundum Augusti.Et ideo dicit Ambrosius lib.officiorū quando augere opes,aggregare pecuniā,occupare terras, possessionibus cupim⁹,prestare diuitijs,iustitie formam exuimus,beneficētiam cōmunē amittimus:immo fortis cupiditas omnium malorū radix est.j.ad Timotheum.c.vj.

Arma clericorū sunt lachryme.

¶Hec duo fundamēta facit Augustin⁹ de ancho.in suo tracta.de potestate ecclesiastica.q.ij. arti.iij.vbi mouet questionē.An sit magis conueniens assumere papam per electionē & vltra ipsa fundamēta alia facit arguēdo in partes:sed tādem concludit q̄ melius est p̄ electionē assumere:quia clericorū filij ad sacra officia admittēdi nō sunt.lvj.dist.& toto titu.de filijs presby.

¶Itē quia officium Ecclesiasticum non debeē Eccliasti-

cũ officiũ nõ debeã carni & sãguini.

carni & sanguini sed vite meritis. c. moyses. viij q. j. & ex quattuor etiam aliis probat signanter propter Christi sacerdotij vniuersitatẽ. Nam sacerdotium Leuiticum: institutum fuit per rectã lineam. Nam solum Aaron & filijeꝰ ab eo successiue descẽdentes ad sacerdotium assumebãtur & nõ nisi de tribu Leui. q̃uis em̃ summꝰ sacerdos sorte eligeretur: non tamẽ nisi de certa & determinata tribu, sed sacerdotiũ Christi est vniuersale: quia in eo non est acceptꝰ, neq; grecus, neq; latinus: omnes enim vnũ sunt in Christo vt scribitur ad Galathas. iij.

¶ Vnde hac de causa saluator noster nõ de tribu Leui sed de tribu Iuda ortꝰ est ĩ qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est vt dicit Apost. ad Heb. vij. Si ergo Papa fieret per successionẽ fieret de certa & determinata parẽtela & ex determinato genere. & sic non posset indifferenter eligi grecus, vel latinus, vel pauper ex quo non haberet vniuersalitatem: ita formaliter dicit Augusti. vbi supra, p quibus vide Panor. in. c. j. de deci. extra. & certe hoc videtur verissimum cũ omnis Christi actio nostra debeat esse instructio. c. significasti de elec. extra cũ similibus. Alias rationes adducit August. de anchona de quibus ad ipsum recurre.

Oĩs christi actio nr̃a ẽ instructio.

¶ Ex predictis habes q̃ licet expediẽtiꝰ sit principatus tẽporales vel electione vel successione deferri non id expedit in spiritualibus & ecclesiasticis: sed potius electione vel collatione superioris. & sic nõ habeãt ius a p̃decessore text. in. c. j. de preben. extra. & ibi nota. docto. signãter Panor.

¶ Questio. xv.

¶ Vtrum primogenitus pretextu consuetudinis possit succedere sine scrupulo conscientie in tota hereditate paterna.

Vlcherrima est questio. Vtrum possit primogenitꝰ stante consuetudine succedere in totum exclusis aliis fratribus in foro cõsciẽtie.

Abericus

¶ Reperio q̃ hanc q̃stionem tangit Albericꝰ de rosa. in loco satis peregrino. scilicet in. l. barbar̃. philippus. ff. de offic. preto. col. vij. ad finẽ vbi refert Iacobum de Rauenna dicentẽ dominum suum quesiuisse a multis religiosis de hac questione scilicet: cõsuetudo est vltra montes q̃ primogenitus succedat in totũ Aliquis primogenitus erat magnus iurisperitꝰ & sciebat q̃ talis consuetudo erat contra ius scriptum. & de hoc habebat conscientiam lesam an eum excuset consuetudo vt possit omnia bona paterna retinere vel teneatur dare fratribus partẽ eorũ. Quidam dicebãt q̃ sic: quidam q̃ non Tamen plures in hoc concordabant q̃ ex quo sciebat consuetudinem iniquam: & q̃ habebat conscientiam lesam tenebatur dare fratribꝰ partẽ eorum, & magis sequi conscientiã q̃ cõsuetudinẽ. Ad hoc adducebant q̃ no. Ioan. and. in nouella in regu. possessor. versic. v. erat vbi tenet q̃ prescribẽs mala fide teneãr ad restitutionem vt est tex. in eodem. c. & ca. fi. de prescrip. extra. & tamẽ prescriptio est inducta de iure. vt C. de prescrip. xxx. anno. Adducit etiam Albericus notata per se in. l. gracchus. C. de adulte. vbi dicit q̃ occidens adulterum vel bannitum virtute statuti aut iuris, non est tutus in foro cõscientie. p quo vide glo. notabilẽ in. c. inter. xxx q. ij.

¶ Cinus hãc opinionẽ tenuit in. l. rescripta C. de preci. impera. offeren. col. iij. in fi. vbi expresse dicit secũdum Petrum q̃ licet iudex secundum consuetudinẽ ita iudicans non peccet tamen ipse primogenitus capiens peccat: quia facit contra illud Apostoli. Filius ergo heres. p quo tex. in autẽtico de iudicibꝰ. §. oẽs. col. vj. Cinus.

¶ Ad hoc pro confirmatione predictorum potes adducere q̃ licet contrahẽtibus licitum sit se inuicem decipere citra dimidium iusti precij l. idem si precio. §. quẽadmodũ. ff. locati. & l. in causa. ij. §. penulti. ff. de minoribꝰ. c. penul. extra de emptio. & vendi. Tamen in foro conscientie secus est secundum do. Anto. de butrio in. d. c. penul. ita q̃ apud confessorem debet fieri cõscientia prout tenuit beatus Thomas de Aquino. ij. ij. quest. lxxvij. artic. j. Idem tenuit Bal. in autentica ad hec col. viij. versic. insuper queritur de vsuris. & idem Bal. c. cum causam extra de testibus vbi dicit q̃ conscientia idem est q̃ bonus vir per glo. sing. in. l. semper in coniunctionibus. ff. de regu. iur. modo sic est q̃ bono viro non conuenit aliũ decipere: ergo &c. Subiungit quo ergo ibit aia mercatoris. ad hec vide do. Iaso. in §. sed iste. col. xxvij. insti. de actio. vbi. pro hoc adducit glo. in. c. hoc ius porrectum. x. q. ij. que vult q̃ prelatus ecclesie sciens iustum precium rei non debet maiori precio vẽdere q̃ valeat res propter conscientiam. Cõscientia ẽ bonꝰ vir.

¶ Adde etiam ad hoc q̃ dicit Abbas Panor. in ca. quia pleriq; de immunitate eccle. extra col. viij. post Innocẽtium q̃ si aliquis habuerit sententiam pro se in foro contentioso: quam tamẽ scit iniustam, nõ debet in foro conscientie facere exequi, qa teneãr ad restitutionẽ. Peccatũ em̃ non dimittitur nisi restituat alienum: licet alias res iudicata pro veritate habeatur iuris

prescriptione vbi em deveritate cõstat.l.ex posítiua super presumptione se fundans non habet locum de iure ciuili:quia in foro anime presumptio cedit veritati.c.veritate.viij.distic.Io. and.in.c.ij.de vsu.in.vj.nota.in.c.tua.& in ca. is qui fidem desponsa.extra.

¶Ad hoc vide dictum elegans Bal.in l.vnica in.iij.col.C.de confes.vbi dicit q forus conscíẽtie est forus boni & equi.& tribunal veritatis & non fictionis:nec in eo apices excusant.& dicit Panor.vbi supra post Innoc.q ille qui est obligatus sub spe future munerationis:tamen in veritate nihil accepit licet de iure lapso biennio effectualiter teneatur in.l.contractibus.C.de nõ numerata pecu.Secus in foro conscíẽtie.

Forus cõsciẽtie ẽ tribunal veritatis & nõ fictionis.

¶Adde etiã qđ dicit Petrus Iacobi in sua practica aurea sub titu.de successione regni Frãcie vbi facit mẽtionẽ de acquisítis ab ecclesia.& dicit q licet Rex Francie p nouiter acquisítis ab ecclesíjs exigat financiam siue summam pecunie,p amortizatione vt dicunt,tamẽ in foro cõsciẽtie & confessionis teneꝫ illam restituere & damna resarcire.p quo etiam in foro exteriori & contẽtioso videꝫ esse tex.ad litterã & in indiuiduo in.c.j.de immuni.eccle.i.vj. nisi dicam⁹ q ãbrogata sit illa decreta.p cle.qm̃ de immunita.eccle.per quã etiã sublata est decretalis.iij. de immuni.eccle.in.vj.ex eo quia conditor illius decreta.iij.plurimum fuit infest⁹ Regi Frãcie & potius ex fomite odij q̃ ex zelo iustitie p cedat.Tamẽ de hac materia si vis ad plenũ videre recurre ad dictum Petrum Iacobi in loco supra allegato,vbi de hac materia multa notanda recolligit.

Petrus iacobi.

¶Adde etiã qđ dicit Bal.in ti.si de feudo fuerit controuersia.§.si quis per triginta col.iij.vbi dicit q si statuto aut ordinatione cauereꝫ q si creditor non petat sibi debitum infra certũ tẽp⁹ prout quadam ordinatione regia cauetur:Licet ille debitor sit tutus in foro contentioso post lapsum tẽpus indictum statuto aut ordinatione tamen in foro conscíẽtie secus ex quo scit se debere:immo etiã in foro contẽtioso ecclesiastico non liberareꝫ & potest p viã denunciationis cõtra eũ p cedi:de quo tamẽ infra latius dicemus.

¶Nũc redeo ad dicta Alberici de Rosa.vbi supra. Albericus postq̃ p ea que superi⁹ dicta sunt firmauit opinionẽ predictã:q scilicet i foro cõscientie,Primogenitus non potest retinere etiã virtute consuetudiuis totã hereditatẽ paternã in oppositum dicit ipse facit:quia debet informare cõscíẽtiam suã secundum consuetudinẽ, & non debet esse.l.clemẽtior vt est text.in autẽtico de iudicib⁹.§.oportet.colla.vj.Pro quo adducit qđ dicunt docto.in.c.fi.de prescrip.q quí pscripsit potest cũ bona cõscíẽtia retinere prescriptum etiam licet post prescriptionẽ cognoscat rem non esse suã vt notabiliter determinat Bal.in autentica ad hec.C.de vsuris col.v.post Innocẽ.i.c.cura.extra de iure patro.Idem Bal. in.c.de causis.vj.col.de offi.deleg.extra. Licet Anto.de Butrio in.d.ca.quia pleriq; contrariũ tenuerit cuius opinionẽ ibi reprehendit Abb. Panor.col.viij.vbi concludit q immo tutus est in foro cõscíẽtie propter iuris dispositionẽ que potest ex causa rẽ vnius dare alteri.vt.l.item si verberatum.ff.de rei vẽdic.&.l.Antiocensíum ff.de priuileg.credito.cum similibus.

¶Sed ipsemet Albericus de rosate in proemio ff.veteris.§.discipuli col.iij.dicit q multi tenẽt predictã consuetudinẽ de primogenito non valere quia sit cõtra ius nature & sanguinis qđ est immutabile.vt.§.sed & naturale.institu.de iu. natu.gen.& ciui.& de hoc dicit se notasse in.l. quotiens.C.de preci.imperatori.offerendis.& in ru.C.que sit longa consuetudo.Sed dicit tãdem distinguendum esse inter successiones regni comitatus/ducatus/marchionatus/& aliarum dignitatum,& successionẽ aliorũ patrimonialium bonorum:quia in primo casu quando pervnum melior fit administratio q̃ per plures l.ij.§.sed quia difficile.ff.de origine iuris tollerari potest consuetudo.Sed in secundo casu dicit non videre q possit talis consuetudo defendi.

¶Martin⁹ Laudensis in suo epitomate de primogenitura hãc questionẽ mouet & refert Albericum solum in.pe.fforũ vbi nunc retulimus: dicit tñ q quicquid dicat Albericus etiã in heredítatibus non regalibus,nec dignitatẽ in se habentibus valet consuetudo.Pro hoc allegat tex. & ibi Bal.c.mulier si fuerit de feudo controuersia in vsibus feudorum.Allegat etiam Io.and. in regu.siue culpa in mercuria.Et ad argumentum de alimentis respondet q loco alimẽtorũ & legitime primogenitus prestabit omnia necessaria confratrib⁹ suis secundum qualitatem personarum & patrimonij quãtitatẽ secundum Hostiẽ.& Ioã.and.in.c.licet de voto ita resídet Martinus. ¶Reperio Guidonẽ Pape in suis cõ filijs secunda parte consiliorum cõsilio.cxxxj. col.v.vbi quasi ad verbum.& ad litterã refert hanc opinionẽ Martini Laudensis dicẽs q hãc opinionẽ tenuit quidam dominus Raymũdus de Sabanaco in.l.consuetudinis.C.que sit longa consuetu.in questione que incipit Quorum consensus.& q per consuetudinẽ potest pater filium legitima priuare,vtidẽ de Sabanaco tenet in repe.l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.testa.

Martinus Laudẽsis.

Guido pape.

ad principium. Similiter potest ꝙ statuta dicit legitima tolli: quia illa debeꝫ iure ciuili nō ratione naturali & iure gentiū qđ est immutabile. l. ius agnitionis. ff. de pactis. ita tenet di. in. c. indultū de regu. iu. in. vj. Io. and. in eadem regula i mercu. Ci. in. l. sancimꝰ. C. de nuptijs. Bal. in. l. j. ff. de iusti. & iur. dicens esse casum in. c. rainuciꝰ de testa. de quo sequenti questione latius.

¶ Ad hec vide eūdem Guidonē pape in prima parte consiliorū cōsilio. lxv. & consilio. cxl. col. v. vide dominū Iasonē in. l. quotiens C. de rei vendica. col. xij. vbi expresse colligit valere istā consuetudinē de iure. Ex quo infert ꝙ licet Iacobus de arena Ci. & Albericꝰ in. l. barbariꝰ. ff. de officio preto. dubitant an valeat in foro conscientie: tamen indubitanter dicendum est ꝙ immo talis consuetudo in foro conscientie sit licita. Pro hac opinione adde etiam quod dicit Bal. in. c. in omni de testibꝰ ꝙ qui a lege humana excusatur non peccat nisi sit cōtraria legi diuine, & ideo in foro conscietie seruande sunt leges. Alias sequeretur ꝙ omnis legum forma & subtilitas duceret nos ad inferos, & sciētia legū magis esset damnata q̄ maleficiorū. de quo dicto Bal. meminit Felinus in. c. j. col. xiij. de constitutionibus. plura alia ex hoc dicto inferēs de quibus per eum videre poteris. Adde etiam qđ notatur in. l. vnica in. iij. col. C. de concessis vbi vult ꝙ statuta etiā in foro conscietie seruanda sunt. ꝙ quo dicto est glo. no. in. c. que i ecclesiarum de constitu. extra. & ibi Bal. in. j. col. ita notat dicēs alibi nō reperiri. Pro hoc vide do. Iasonē i. l. si post diuisionē de iur. & fac. igno. C. col. iii. vbi plura notanda in materia cōsciētie cumulat. & eūdem do. Iasonē in. l. nemo potest. ff. de leg. primo in. ij. lectura col. xviij. versic. Similiter statuta laicorum vbi dicit se secundum predictam glo. consuluisse.

¶ Ad hec vide and. de Isernia in. c. j. §. j. ante finem de pace iura. firmā. in vsi. feudo. & Bal. cōci. cclxxxv. tertij voluminis vbi tenet ꝙ quādo lex ciuilis aliquid statuit talē statutum etiam in foro penitentiali & anime seruandum est: aliquin si secus dicereꝫ esset dicendum ꝙ leges ciuiles essent vitiose & multorum anime essent illaqueate & damnate: qđ nullatenus est dicendum cum leges ciuiles excusant potius conscietiam a peccato vt ibi latius per eum. de hoc dicto Bal. & pluribus alijs ad saturitatem cumulatis. vide per do. Iasonē in. ij. lectura dic. l. nemo col. xvij. & xviij. Ad hec faciat glo. reputata singularis. i. l. adigere. §. quāuis. ff. de iu. patro. que dicit ꝙ statutum quo ad subditos illius loci vbi viget habet vim apostolici q̄ si velit ꝙ statutū illud eximat quāq̄ subditum a peccato in foro etiā conscietie. & pro declaratione predicte glo. vide omnino do. Iasonē in autētica sacramēta puberum. C. si aduersus venditionē col. penul. Et licet consuetudo aut statutum videatur esse durum: tamē seruādum est vt notabiliter dicit do. Iaso. in. l. filio pater col. iij. ff. de lega. j. post Bal. in. l. acceptum. C. de vsuris. alias etenim statuta essent inutilia que tamē de vēto seruire nō debēt vt notabiliter dicit do. Iaso. in. l. si constāte. ff. solu. matrimonio. post ange. consi. lxij. qđ incipit Titius de florētia. & per hec satis videt esse firmata predicta consuetudo.

¶ Sed considera ꝙ opinio Alberici in pemio fforum est multū equa: iuxta illud quod refert Panor. in. d. c. licet de voto col. ij. in fine vbi dicet ꝙ beatus Bernardus consultus super diuisione hereditatꝫ paterne belliſſime ita respōdit Si sunt nobiles quādoq; est melior filioꝝ diſpersio q̄ hereditatis diuisio: si autē sint laboratores faciant vt velint. Si mercatores tutior est diuisio q̄ communio. Et ita per hoc dictum Bernardi inter nobiles satis tollerāda est cōsuetudo predicta prout etiam sentit Albericus loco supra allegato. Nobiles itellige scilicet existētes i dignitate propter feudum dignitatis. alias autē talis consuetudo videret potius corruptela.

¶ Primo quia ex quo filij vidēt fratrem suum primogenitum diuitē, & ipsos quasi mēdicātes suo respectu per hoc appetunt mortem fratris primogeniti vt plurimum. Et ita propter propinquitatē ad peccandum hec consuetudo tolerari non debet vt notabiliter dicit Abb. Panor. i. c. j. iij. col. de feriis extra. Ad hec facit tex. in. l. iij. ad finē. C. de indic. vidui. tollēda vbi p illum textum colligit ibi Bal. i. vj. notabili ꝙ lex vel statutum non debet aperire viam malitijs hominum qđ facit contra statutum terrarū que frequenter inuitant: vt ipse dicit.

¶ Item quia consuetudo iniqua non excusat in peccatis. glos. notabilis. capi. denicq; iiij. distinc. tex. in ca. quāto de cōsuetudine extra quam ꝙ predicta glo. ibi reputat singularē And. barba. col. vj. & in. c. cum venerabilibus de consue. col. iiij. vbi etiam notabiliter dicit ꝙ cōsuetudo que nō habet vestimētū ratiōis dicitur frigida & nuda p. c. secūdum de ꝓba. vbi etiam notat Bal. & subiungit ꝙ si sit frigida & nuda quomodo poterit excusare delinquētē secundum illam.

¶ Itē quia nō debet aliquid personis honorabilius exhiberi: vnde alijs scrupuloso corde mouerentur, sed sint omnia cōmunia. c. j. xvj. q. vij. Per hoc vide Sozi. cōsilio. iiij. vbi dicit i prima parte ꝙ si. pulcherrime ꝙ equalitas est seruāda

Iason de Maino.

Lex hūana excusat in foro cōscientie.

statuta nō debēt seruire de vēto.

Aureū dictum Bernardi.

Cōsuetudo frigida

Quãta sit vtilitas eq̃litatis iter fratres.

inter fratres que est inductiua/nutritiua/confirmatiua/& cõsolidatiua ꝓcordie/& fraterne charitatis & affectiõis. & ꝑ cõtrariũ ineq̃litas est nutritiua discordie p.l.cũ oportet.C.de bonis que liberis i princi. & in.§.sinautẽ. Ita formaliter inquit Sozi.in cõsi. de quo meminimus supra in secunda quest.iij.prerogatiua: sed in hoc quia super de rumbo huius materie decies repetita placebunt. Adde etiam Sozi.cõsi.clx.col iij.ad princi.vbi dicit ꝙ tunc ad extremum malorum peruenitur cũ inde damna ꝓueniunt.vnde auxilium sperat ar.l.meminerint.C. vnde.vi.sed a fratre nõ dãna sed lucra & auxilia ꝓuenire debent.l.ancelin⁹.§.titi⁹ testamẽto.ff.de au.& arg. lega. ergo nõ debet ex priogenituravni⁹ fratris alteri fieri preiudicium. & subiungit ibi Sozi.ꝙ non debet vn⁹ fratrum alterum defraudare siue spoliare: sed equanimiter & misericorditer sibi dare.ar.l.vtrum in princi.ff.ꝑ socio qa equalitas iter ffres seruãda est.arg.l.fi.C.de fructi.& litiũ expẽ. ¶Itẽ adde eũdẽ Sozi.ꝑsi.ccxci.col.vj. versicu. preterea vbi dicit ꝙ equalis debet esse determinatio in fratre & socio per.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.l.si legitime.§.j. cum ibi nota.per doc.ff.de lega.iij. sed inter socios partes debẽt esse equales.l.si nõ fuerit.ff.pro socio alias eũ non fraterna sed leonina esset societas & ibi dicit text.formaliter iniquissimum autẽ genus est societatis ex qua quis damnum non etiam lucrum spectet. quod esset si hec consuetudo seruaret. & maxime cum sint fratres socij omniũ bonorũ debet diuidi hereditas inter eos vt est tex.in.l.iij.ff.ꝑ socio.§.j. immo non valeret pactum in cõtrarium secundum Sozi.d.cõsil.ccxci.col iiij. versi.ij.not.

Que dicatur societas leonina

¶Nec obstat si dicat ꝙ cõsuetudo est vetusta: quia tanto grauiora sunt peccata quanto diuti⁹ infelicẽ detinẽt animam: immo dicit ipse praua & iniqua consuetudo est lex mortis quia est inductiua peccati. qd prosequere vt ꝑ eũ. ¶Et si dicat sic statutum vel consuetudo friuola erit. Respõde ꝙ statutum debet potius intelligi vt sit superfluum & nihil operet q̃ quis ex eo indebite damnum patiat.glo. reputata singu.in l.fina.§.in computatione.C.de iure deliberãdi de qua ibi multum exclamat Bar.& ibidem vide do. Iaso. satis se extẽdentẽ. & eundem do. Iaso.in.l.nõ dubium.C.de legi.viij.colũ.& ꝑ hec videt inferẽdum ꝙ cum talis cõsuetudo sit iniqua licitũ sit eã fraudare cũ bona ꝓsciẽtia secũdum Petrum de ancha.& And.barba.in.c.j. de consuetu.extra colũ.penult. post Inno.i.c.quia pleriq; de immuni.eccle.accedat ad hoc dictũ Bar.in.l.vectigalia.ff.de publi.vbi dicit ꝙ fraudans illicitam gabellam, nec teneat deo, nec mũdo. Idem voluit Bal.in.l.ij.C.de iure aureorum anul.& ad hec facit bo.tex.in.l.cum pater.§.titio fratri.ff.de lega.ij.vbi habet ꝙ non dicitur fraudem facere qui fraudem excludit. pro quo est glo.notabilis in.c.cupientes ad principium in verbo malignantium de elec.in.vj.accedat ad hec ꝙ pulcherrime vult Bal.in.l.ij.C. de vectiga.& commis.vbi dicit in fine ꝙ conscientia nõ ligat quos natura non obligat ꝑ glo.in.c.fraternitas.xij.q.ij.iure autẽ naturali certũ est ꝙ non solum primogenitus sed omnes filij in omnib⁹ patri succedunt cum natura omnes sexus vel etatis discretione non habita parentũ faciat successores.vt.l.scripto.ff.vnde liberi.&.l.cum ratio.ff.de bonis dãnato.cum similibus. Sũt eñ equaliter filij & pars parẽtis: & ideo naturali iure pariter succedere debent.ꝙ necesse est fateri dicit Albe.i ꝑe.ffor.§.discipuli.colũ.iij. Immo tenẽdo hãc opinionem Alberici si princeps secularis nõ vellet talẽ consuetudinẽ abrogare. ex quo tale statutũ ẽ iniquũ recurri põt ad subsidiũ ecclesie vel pape secundum notabilẽ doctrinã quam ponit Bal.in.l.fina.§.in computatiõe col. iiij.in fi.C.de iure deliberandi. de qua doctrina meminit Abb.Panor.in.d.l.nemo in.ij.lectura col.xj.circa medium. nec existimes aliqd nouum esse vt consuetudines approbantur vel reprobantur ratione iuridica aut dictamine iurisprudentie vt late videre potes ꝑ Ioannem and. in rub.de consuetu. vbi infinita fere iura citat in quibus cõsuetudines aliquãdo approbant, aliquando reprobant. & eadẽ ibi refert barba. ij.col.circa que non curo insistere quoniã vt ibi ipsemet fatet id poti⁹ laboriosum est q̃ subtile. Teneas tũ vtram harũ ptiũ volueris sed bonarũ mẽtiũ est timere culpã vbi culpa non est.c.ij.de obserua.ieiuni. & in foro cõscientie securior via tenenda est.glo.nota.in cap.vnico de scrutinio extra cum similibus.

Fraudans gabellã illicitã nõ tenet deo nec mũdo

Nota.

Cõsuetudines sepe reprobant

Statutũ poti⁹ esse debet superfluũ q̃ qs eo ledatur

¶Questio.xvj.

¶Vtrũ si virtute ꝙsuetudinis primogenit⁹ succedat i totũ hereditati paterne filij minores mẽdicabũt vel teneat eis primogenit⁹ ꝓ alimẽtis qdq̃ scdm qualitatẽ ꝑsone distribuere.



Vbsequit hec q̃stio ad ꝓcedẽtẽ: suppositio eñ ꝙ valeret ꝙsuetudo q̃ excluderet reliquos filios a priogenito successione patris & matris anne reliq̃ filij mendicabunt. Et vt breuius absoluamus videtur dicendum ꝙ sic: quia ex quo est filius

primogenitus virtute consuetudinis fundatus in tota successione: nihil ergo reliqui filij vendicare possunt i ea cū nihil eis debeat. & lex quāuis dura seruāda est. ff. qui & a quibus manu. libe. non fient. nec dicitur primogenitus eis iniuriam facere apprehēdendo totam hereditatem ex quo suo iure vtitur. l. iniuriarum. ff. de iniu. vbi formaliter sic dicit text. is qui iure publico vtitur non videtur iniurie facende causa hoc facere: iuris enim executio nō habet iniuriam. & ideo dicit text. in cano. nosse. lxiij. dist. querē-

Querenti b⁹ singlis q̄ sua sūt nō ē mirādū.

tibus singulis ea que sua sunt mirandum nō est immo licet mihi cum incommodo alterius consulere rebus meis & vtilitati mee. l. j. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arcenda. ex quo principaliter nō facio vt noceam, sed vt vtar iure meo vt notabi. dicit Panor. in cap. nisi in fine de auctoritate & vsu pallij. tex. glo. & docto. in cap. cum ecclesia vulterana de electio. extra. & ideo si aliquid de falcaretur pro filijs etate minoribus videretur fieri iniuria ipsi primogenito: quia indultū a iure beneficium nemini est auferendum.

¶ Confirmatur hec pars per ea que late dicuntur per Franciquinum de curte consilio. x. post tractatum de feud. col. iiij. vbi tenet q̄ valet sta-

Valet statutū tollēs legitimam

tutum in totum tollens legitimam subsistente causa per ea que notantur per Bald. in. l. cūm lege. C. de episcopis & cleri. & Panor. in ca. raynucius de testa. & eundem Panormi. in cōsilio. cl. Paulum de cast. in. l. titia centum. §. titio versic. circa tertium. ff. de conditio. & demonstratio. & vide eundem Paulum in autētica nouissima C. de inoffici. testa. & consilio. lxxvj. & consilio cxviij. & ita plures etiam tenuerunt quos breuitatis causa non refero. Si ergo consuetudo aut statutum potest in totam legitimam tollere: ergo eadem ratione si consuetudo faciat primogenitum heredem vniuersalem bonorum patris nō poterūt conqueri filij etate minores nec aliquid petere in predicta hereditate.

¶ Sed his non obstantibus cōtrarium est de iure verius: & ita in indiuiduo dicunt Hostiē. Ioā. and. & Panor. in. c. licet de voto extra vbi formaliter tenent q̄ licet regnum ad primogenitum debeat pertinere: tamen alij filij mendicare nō debent, sed debet certa portio eis assignari pro alimentis & honesta sustentatione: salua tamen integritate principatus. alias dicit ibi Panormi. col. iij. ad finem consuetudo esset irrationabilis.

nō. istū

Hinc videmus in hoc regno q̄ vbi aliquis rex plures habet filios primogenitus regnum obti-

De apanagio filiorū regis.

net. & reliquis filijs etate minoribus dantur alique terre p̄ honesta eorū sustētatione in apanagiū. Ad hec vide Io. and. in regula sine culpa de regu. iur. in mercurialibus. & prepositum in. c. pervenerabilē qui filij sunt legi. §. q̄ autem col. xxxiij. ad principiū Feli. in. c. prudentiā de of. deleg. col. ij. in fi. adducē tē cōsiliū card. cxxxvij incipiēs: ad quēdā qui est in carcere. & Petrū de Anch. consi. cccxxxix. incipi. pro maiori intelligētia. & Oldra. cōsi. xciiij. & ccxxiiij. & subiungit Feli. vbi supra. q̄ tamē de bonis regni non debet detrahi legitima ne regnum diuidatur secundum Panor. cōsi. xij. incipi. magnificus dominus in primo volumine col. vj. Pro quo vide do. Iaso. in p̄ludijs feudo. col. xxxvj. vbi ad hoc adducit glo. & docto. in. c. licet de voto extra.

De bonis regni non detrahitur legitima.

Sed licet legitima detrahi non debeat: tamē aliquid p̄ alimētis detrahēdum est. alias consuetudo talis iniqua esset secundum Bal. ita in indiui duo determinātem in. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide catho. col. x. versic. deinde quero vbi dicit valere statutum & consuetudinē vt primogenitus succedat alijs exclusis dum tamen postea geniti habeāt alimēta: quia alimēta proprie veniunt de iure nature. & ita dicit seruāda consuetudinē predictā, maxime in iurisdictionalibus in quibus diuisio diminueret dignitatem potestatis. ¶ Sed Martin⁹ de cara. in suo epitomate de primogenitura idem etiam decidit in quibuscunq; patrimonijs priuatorum in questione incipiente an valeat consuetudo &c. Ad hoc vide etiā Andreā barba. in. d. ca. raynucij de testamē. extra col. xxxvij. ¶ Nec obstant allegata in partē cōtrariam quia immo primogenitus qui non relinqueret aliq̄d fratribus p̄ alimētis & sustētatione eorū faceret ipsis iniuriā sicut eñ alimētatio filiorū debet iure nature fieri a patre ipso viuente. vt. l. j. §. hinc descendit. ff. de iustitia & iure. Ita etiā post mortē patris alimētatio debet p̄cedere ex bonis ipsius patris. §. j. & §. prohibemus in autētico de triēte & semi. & ita cum debeantur alimenta filijs iure nature Sequitur ergo q̄ hoc consuetudine mutari nō potest: iura etenim naturalia sunt immutabilia. §. sed naturalia. institu. de iure natu. gentium & ciui. l. ius sanguinis. ff. de regu. iur.

Alimētatio filiorū est de iure naturali.

¶ Itē q̄ iura naturalia sunt fortiora accidētalib⁹. l. iij. ff. de test. tute. cū simi. Cū ergo ius filiorū etate minorū i p̄sequēdis alimētis sit naturale, & ius primogeniti ad exclusionē omnimodā aliorū accidētale, put ex p̄suetudine vel statuto introducit: ergo forti⁹ erit ius filiorū etate minorū q̄ ius primogeniti hoc respectu. & maxie q̄ filij etate minores agūt de dānovitādo: primogenit⁹ aūt de lucro captādo. & ita etiā hec de cā fauorabiliores essent filij etate minores q̄ ipse priogenit⁹. ¶ Itē p̄firmari istd pōt eq̄tate cano-

nonica qua introductum est q̄ filijs etiam spu-
rijs debentur alimenta.c.cum haberet extra de
eo qui duxit in matrimonium.si ergo ita statua-
tur in filijs illegitimis a fortiori id erit statuen-
dum in filijs legitimis.

Verba nō adaptant ad ipossibi lia statuēti

¶Nec obstat q̄ cōsuetudo exclusiua filiorum
etate minorum generaliter loquatur:quia regu
la est iuris menti tenenda q̄ verba statuti aut
consuetudinis non adaptantur ad impossibilia
ipsi statuenti.Bal.in.l.fin.§.in computatione in
fine.C.de iure delibe.idem Bal.in.l.fina.in.v.
col.C.de sacrosanctis ecclesijs.&.l.sacrosancte
C.de episco.& cleri.&.c.cum non ab homine
c.clerici de iudi.extra & in.l.omnes populi.ff.
de iustitia & iure post Barto.in.l.si quis sub cō
ditione.ff.de conditionibus institutionum.Q̄
dictum fuit originaliter Ioannis monachi in.c.
vt animarum de constitu.in.vj.Et pro hoc dic-
to est bo.tex.in.c.a nobis.de sententia excom
municatio.extra.& ibi Panormi.& in ca.q̄ cle-
ricis extra de foro competen.& ibi Panor.& in
ca.tua de deci.extra vbi itidem per illum text.
colligit Anto.de Bu.Modo sic est q̄ impossibi
le erat statuenti/aut introducentibus consuetu-
dinem tollere ius alimentorum filijs:ergo ver-
ba statuti vel consuetudinis q̄tumcunq; gene-
ralia in fauendo primogenitis & excludendo
postea genitos non debent ad ius alimento-
rum referri.

¶Nec obstat q̄ de legitima supradictum est:
quia licet Docto.supra allegati fuerint opinio-
nis vt in totum possit tolli legitima consuetudi-
ne vel statuto:tamen resolutio est communis
q̄ in totū nō possit tolli legitima.sed i parte tātū
minui per tex.in cap. Raynucius de testa.extra
ita dicit Alberi.de rosate.in.l.quoniam in prio-
ribus.C.de inoffici.testa.col.iiij.Bald.in.l. fina.§.
ipsum autem .C.de bonis que liber.vbi deter-
minat q̄ statutum vel consuetudo non potest
intantum legitimam filiorum diminuere vt nō
habeant alimenta.& ideo ipse idem Bald.in.l.
cum lege.C.de episcop.& cleri.circa sublationē
legitime sic distinguit aut subest causa:& tunc
potest auferri & tolli legitima/aut non subest
causa.& tunc subdistinguit,aut est quedam ra-
tio positiua que illud suadet:puta q̄ excluden
tur femine existentibus masculis propter con-
seruationem domus:& tunc non potest legiti-
ma auferri,sed tātū limitari.Dicit tamen q̄ cō-
suetudo seruat contrarium per totam Italiam
& dicit eam valere sicut valebat lex duodecim
tabularum que excludebat matrem & defere-
bat agnatis,& sicut valebat media iuris prudē-
tia que filias ad certam quantitatem coartabat
l.maximum vitium.C.de liber.preteri. Ita ta-
men licet tollatur legitima:non tamen tollitur
petitio alimentorum vt auten.licet.C.de natu-
ra.liber.aut tale statutum habet in se rationem
prelationis:sed est omnino irrationabile vt si di
ceret q̄ succedat primogenitus & non secūdo-
genitus.tūc dicit Bal.tale statutum prorsus tol-
lens legitimam non valere:sed si in totum nō
tolleret sed limitaret:tunc putat valere nisi limi
taret in fraudem alimentorum & rationem assi
gnat:quia meta que imponitur portioni est de
iure ciuili:sed meta que imponitur legitime &
alimentis est de iure naturali.Vnde non potest
in totum tolli sed distingui iuxta notata in simi
li.C.si contra ius vel vtilitatem publi.l.j.ita no-
tabiliter voluit Bal.& pro hac opinione q̄ scili-
cet legitima in totum tolli non possit,vide Pau-
lum de cast.quasi seipsum corrigentem in locis
allegatis consi.cxxxi.& Ludo.de Roma.in ru-
brica.C.qui admitti.col.penulti.Sallicetum in
auten.nouissima.C.de inoffici.testa.col.v.& se
quenti Sozinum ample cōsilio tertio in prima
parte consilio.vbi refert q̄ circa hāc materiam
legitime tres fuerunt opiniones principales.
Nam aliqui tenuerunt q̄ tolli non possit alij cō
trarium tertij mediam viam eligentes tenue-
runt q̄ nō in totum,sed pro parte tolli possit.&
dicit q̄ hec vltima opinio humanior est & be-
nignior & latius deducit vt potes videre per
eum.Et eandem questionem reassumit Sozi-
nus consilio.cl.vbi dicit q̄ in aula principum a
ducentis annis citra per maiores nostros de
hac questione pugnatum est:sed dicit commu-
nem esse opinionem q̄ licet minui possit,non
tamen in totum tolli potest. Et pro hoc facit
hanc notabilem suasionem per textum in au-
ten.de triente& semi.in principio vbi dicit im
perator q̄ frequenter miratus est quomodo be
niuolis & legitimis filijs pro quibus gratias deo
parentes agunt & quibus q̄d relinquit iam erat
debitum:solum quarta pars seu triens deberet
vnde cōtingebat sepe filios q̄ patre viuēte erāt
idonei & opulenti mortuo pre remanere pau-
peres cum necessario dicta quarta deberēt esse
cōtēti.& ideo tales leges veteres statuētes quar
tam partē tātum p̄ legitima crudeles appellat
Imperator vt in titu.de triēte & semi.§.prohibe
mus.&.§.hec nos.& ideo Imperator volens fi-
lijs & nature competēter p̄uidere auxit legiti-
mam secundum numerum liberorum vt in di-
cto autētico de triēte & semi.& in autētica inde
sumpta que incipit nouissima.C.de inoffi.test.
Nūc dicebat Sozinus q̄ si iura statuētia quartā
pro legitima iudicabantur crudelia & inhuma-

na multo fortius statuta municipalia siue consuetudines prorsus auferētes legitimā filijs. quā ponderationē Sozini nota perpetuo. & pro hac parte adde etiam Andreā barba. i dicto. c. Raynucius col. xxxvj. & sequentib⁹ Alex. de Imo. consilio. lv. incipiente viso titulo questionis in secundo volumine vbi dicit canonistas ita resi dere. & nouissime: vide dominum Iaso. in dicta autēti. nouissima col. penul. vbi hanc dicit communē esse opinionē. Sed fortius quando etiam per statutum aut consuetudinē tolli posset in totum legitima: non tamen sequeretur q̄ alimēta tolli possent, nec ea que p̄ congrua sustētatione destinēda sunt. & pro hoc vide Cinum in .l. sancimus. C. de nup. vbi dicit q̄ si legitima accipiatur p̄ alimētis sicut alimēta tolli nō possunt consuetudine aut statuto: sic nec etiā legitima tolli posset. declarat tamen in fine differētiā esse apertam inter legitimā & alimēta. & ita formaliter voluit etiā Bal. in. d. l. cum lege.

¶ Ex predictis habes inferre q̄ si Rex plures habeat filios si primogenit⁹ succedat in regno reliquis filijs aliquid dādum est in apanagium vt etiam communiter videmus obseruari. & hoc bona ratione quia vt dicit quidam Guillerm⁹ de mōtferrat in quodā tractatu de successiōe regū Frācie in quarto dubio, apanagiū succedit loco alimentorū. qđ ostēdit sic quia cōsuetudo regni de Apanagio filij Regis p̄uidendo loqtur dumtaxat per modū p̄uisionis, & non per modum diuisionis vel alienationis cum diuisio sit alienatio. l. inter omnes. C. de prediis mino. & .l. si pupillorum. ff. rebus eorum qui sunt sub tute. vel cura. & ita dicit q̄ Apanagiū qđ dat filijs Regum est indiuisibile & inalienabile. Ex quo infert ibidem tertia col. q̄ est differētia inter legitimā & apanagiū, quia sicut ius apanagij est inalienabile & imprescriptibile, ita ius agēdi ad supplemētum apanagij: Secus autem in iure agendi ad supplemētum legitime. qđ ipse latius prosequitur vt videre est per ipsum. Sed miror de tanto viro q̄ circa hanc differētiā apanagij & legitime institerit cum vbi agitur de regno indubitāter habeat locū ius apanagij & ius legitime neutiq̄. vt est gl. notabilis in. c. licet de voto extra. & de hoc supra diximus.

Diuisio ē alienatio

¶ Item etiam ex precedentibus videmus inter filios priuatorum hominum (stante predicta cōsuetudine sic fauente primogenito exclusiue ad postea genitos) qualiter postea genitis p̄uidēdum sit quod nota quia pluries audiuim⁹ huiusmodi consuetudines vigere & in Normania & in Britannia.

¶ Explicit liber secundus.

Index Questionum Libri Tertii.

¶ Vtrum ius primogenitu re sit transmissibile ialiū. 1.q.

¶ An regnū ad primogenitum iure sanguinis vel hereditario trāsferat. 2.q.

¶ Vtrū possit pater ius primogeniture transferre in secundogenitū filiū. 3.q.

¶ Vtrum ius primogeniture ad secundogenitum ꝓpter furorem primogeniti transferatur. 4.q.

¶ Vtrum primogenito furioso filius eius sane mentis excludat secundogenitum primogeniti fratrem. 5.q.

¶ Vtrum possit pater filium suum primogenitum priuare iure primogeniture propter inobedientiam. 6.q.

¶ Vtrum possit papa vel Imperator primogenitum priuare iure primogeniture. 7.q.

¶ Vtrum ius primogeniture vendi possit. 8.q.

¶ Vtrum ius primogeniture possit prescribi. 9.q.

¶Questio prima.

¶Vtrum ius primogenitur e sit cessibile in alium. ſ Vide ſ̄ iſto li. q̄. 2. et q̄. 10. Vbi quæritur vtrum ius primogenit. poſſit vsui. v. præſtari. q. to ſequit. q̄ſto

¶Via hoc libro de trãslatione iuris primogeniture dicturi sumus.

¶Prima hec questio egsime imprimis discutiẽda venit. Vtrum ius primogeniture cedi possit in aliũ p ipsum primogenitum.

Ius primogeniture ẽ priuilegiũ psonale.

Et primo videtur dicẽdum q̄ nõ cum istud ius primogeniture sit priuilegium personale. & ita videtur adherere psone inseparabiliter sicut lepra leproso per regu. priuilegium de regu. iur. in. vj. cum vulga. concordãtijs: maxime quia vt dicit ibi Dinus vbi psona est ꝓxima & immediata causa beneficij psonalis extinguit cũ psona. vt. l. maritũ & seq. ff. solu. matrimo. cũ alijs allegatis per eum. Hinc dicit Bar. in. l. cum patronus. ff. de lega. secundo q̄ priuilegium psonale nõ transit ad heredem. Idem Bar. in. l. j. ff. de constitutio. princi. & l. vnica in. j. q. ff. de priuile. dotis vbi fortius dicit Cinus q̄ priuilegia personalia nõ transeunt in cessionariũ etiam si expresse id agatur ꝑ tex. in authẽtico vt exactione instante dotis in princi. Hinc dicit Bar. in. l. fina. & l. ex pluribus. ff. de administra. tutorum q̄ priuilegium datum pupillo non potest pupillus alteri cedere: immo priuilegiũ cõcessum patri nõ extẽdit ad filium glo. in. l. ij. §. fin. ff. solu. matri. & priuilegium matris nõ ꝓdest filie. l. imperialis. §. illud. C. de nuptijs. & licet i dubio priuilegium cẽseatur reale vt est glo. in. l. forma. §. q̄q̄. ff. de cẽsi. glo. in summa. xxv. q. ij. Tamen Bal. in addi. ad Specula. sub titu. de instru. editione versic. priuilegium. dicit q̄ hoc est verũ si priuilegiũ est datũ loco secus si persone. & idem voluit Bal. in. l. vectigalia. C. de vectiga. & commissis ita declarans glo. in ca. cum venissent in ver. donec de institu. extra. Modo sic est q̄ ius primogeniture ẽ radicatũ i psona primogeniti. & ita videt q̄ a psona euelli nõ possit: maxie cũ illud esset cõtrariũ dispositioni diuine & cuiq̄ introductiue huius iuris. Et ideo succedet theorica docto. in. c. licet in prici. de regula. vbi p q̄dero dicunt q̄ priuilegium per quod iuri diuino seu gat iure di dispositioni diuine preiudicaret est strictissime uino ẽ stri interpretandum: vnde nõ debemus intelligere ctissime in etiam vt aliquid operet si operari nõ potest sine telligẽdũ. derogatione iuris diuini.

Priuilegiũ psonale in heredẽ nõ transit.

Priuilegiũ i dubio cẽseat reale.

¶Item priuilegium cõcessum certo generi psonarũ nõ debet psonas illas excedere. l. j. & l. immunitates. ff. de in. immu. & q̄d coheret psone nõ est cessibile. l. qui heredem in princi ff. de cõditio. & demonstra. l. stichum §. vsumfructũ de solutio. cum simi. Et ita videt q̄ ille in quẽ esset translatum vti nõ possit. l. vna. C. qui. mu. excu. lib. x. Ad hec accedat q̄d dicit eleganter Bal. in rub. C. de nouo. C. componẽdo col. fina. in fine vbi ꝓ gebellinis qui tenent donationẽ Constantini Siluestro Pape factã non valuisse facit duo fundamenta pro eorum opinione quorum secundum est: quia illud quod alicui conceditur in priuilegium vigore alicutus preeminẽtie nõ potest in alium transferri seu alienari. l. ex pluribus. ff. de administratio. tut. Imperium autem fuit per populum Romanum translatum in principem per priuilegium & ita terras imperij nõ poterat imperator transferre. & de hoc vide mirabilem & elegantem tractatum Laurentij valle vbi intrepide non valuisse donationem tenet immo dicit q̄ eque cito Christum negaret q̄ cõtrarium concederet. Ad hec facit bo. tex. i. l. sordidorum. C. de excusa. munerũ. lib. x. vbi elegãter dicit textus. Sordidorum munerum excusatio delata personis ad heredem successionem transire non potest. & subiungit. Neq; enim potest esse perpetuum quod non rebus sed personis contemplatione dignitatis atq; militie indulsisse nos constat: & ibi est glo. nota.

Gebellini tenuerunt donationẽ factã a cõstãtino siluestro pape non valuisse.

Mirabilis Laurentij valle te/meritas.

¶In contrarium q̄ immo cedi possit: probatur, quia etiam priuilegium potest cedi & cessum transit in cessionarium: vt est tex. in. l. fina. C. de priuilegio fisci. facit. l. semper. §. conductorem. ff. de iure immu. Modo sic est q̄ causa priuatorum videtur eque aut plus fauorabilis q̃ fisci vt est text. in. l. non puto. ff. de iure fisci vbi dicit tex. Non puto delinquere eum qui in dubijs questionibus cõtra fiscum facile respõdet.

Cã priua/torũ est eq̃ fauorabi/lis sicut fisci.

¶Item quia beneficium restitutionis in integrum est personale vt deducit Di. in. d. c. priuilegium de regu. iur. in sexto. & tamen non extinguitur cum persona, sed transit ad successores l. in integrum. ff. de in integrum restitu. cum similib⁹. Similiter priuilegium siue beneficium senatusconsulti velleiani ad heredes transit. l. heredes. C. ad velleianum.

¶Item officium iudicis potest cedi. l. si minorum. ff. de administra. tuto.

Officiũ iu/dicis cedi potest.

¶Item interdicta competunt ratione persone l. ij. ff. de interdictis. & tamen cedi possunt. l. ij. §. idem nerua iũcta. glo. ff. ne quid in loco publico. ¶Item quia pactum personale prodest emptori. l. si tib. §. pactum. C. de pactis.

Quod est trãsmissibile est cessile.

¶ Itẽ qđ est trãsmissibile ad heredes potest cedi l.iij.ff.de iure fisci ange.in.l.si eius pupilli.ff.ad trebellianum.l.ex pluribus.ff.de administra.tuto.l.si mulier.§.ex asse.& ibi Bar.ff.de iur.do. Sed ius primogenit ure est transmissibile vt vidimus supra de filio primogeniti ergo.

¶ Itẽ ius capiẽdi alium auctoritate propria est ius personale quod cedi potest.l.j.C.si mancipium ita fuerit alie.vbi potestas inijciendi manus in libertam vẽditam cum hoc modo ne ꝑstituatur potest cedi & de captura est glo.in.l.j. inver.ab his.C.vbi quis decurio.vel coharta.& l.cum fundum.ff.de vi & vi arma.facit bo.tex. in.c.j.§.si quis vero de pa.iura.firman.invsibus feudorum. ¶ Itẽ pro hac parte facit bo.tex.in.l. j.§.vsufructuarius. ff.de no.ope.nuncia.ꝓ quẽ tex.ibi dicit nota.Bar.ꝙ iura extra iudicialia cedi possunt,ꝓ quo dicit se nescire meliorem tex. in mundo.& per illum etiam tex.& dictũ Bar. Ibi Ludo.de Roma.col.penul.improbat dictũ ange.post pe.in.l.c. officium.C.communi diuidundo vbi volebat Ange.ꝙ ius redimendi qđ ius retractatus dicimus competẽs proximo infra annum non potest cedi.de quo tamen infra dicetur.

Iura extra iudicialia cedi pñt.

¶ Pro decisione huius questionis vide Alexã. de Imo.in.l.post dotem col.penul.ff.solu. matri.vbi mouet questionẽ. Vtrum priuilegia personalia competẽtia cedenti transeunt in cessionarium.& sic an actio de dote que competit patri sit ita priuilegiata sicut illa que exercetur ꝑ filium.quam questionem satis dicit esse difficilem & venenosam.Circa quam questionẽ distinguebat Bar. vtrum Cessionarius vult vti priuilegio viuente persona priuilegiata cedente & tunc potest aut mortua secus Vel distinguẽdũ est. Vtrum cessio fiat ex causa necessaria vel nõ Alij distingunt. Vtrum cessionarius agat directa actione nomine cedentis vel vtili nomine suo. Et de his omnibus vide que late per Alex. in dic.loco.& Franciscum de curte in additio.ad ipm. ¶ Sed ne extra ꝓpositũ nimis euagemur possumus dicere ex doctri.Bar.in.l.per diuersas.C.manda.col.fina.versic.xvij. quero ꝙ aliquod est priuilegium quod coheret iuri cesso vt ꝙ iste cessionarius habeat maiorẽ portionem hereditatis vltra alios ratione primogenit ure:& tunc hoc cedi põt saltẽ quesito illo iure. Aliud est priuilegium ꝑsonale qđ debetur ratione qualitatis a persona inseparabilis.& hoc casu & respectu non potest cedi ius primogenit ure:puta ꝙ primus offerat,prim⁹ sedeat,& sic de similibus personalibus prerogatiuis. Et pro hoc vide in indiuiduo Pau.de cast.consi.clxv.

Duplex priuilegiũ

in tertio lib.consi.col.ix.vbi formaliter dicit ꝙ quedam sunt preeminẽtie personales ĩ primogenitis,& tales non transmittuntur per.l.quia personale.ff.solu.matri. Alie autẽ que nõ ita coherẽt ꝑsone tales trãsmissibiles & cessibiles sũt nõ. Ad hoc facit qđ in simili dicit Io.Fab.in.§.fuerat.insti.de actio.col.ij.& seq.ꝙ si statuto municipali concedatur aut cõsuetudine ꝙ ꝓximior de genere habeat potestatẽ retrahẽdi rem vẽditam per vnum de genere ꝓximior ius illud alteri cedere nõ poterit,quia priuilegium tale ꝑsonale est. Et ad idem vide eundem Io.Fab.in §.cetera in fi.de acquisitione per arrogatio.institu.qđ dictum prius fuit Petri,Ci.Bal.& Paul. in.d.l.ad officium.C.communi diuidundo Ita tenẽt moderni in.l.j.§.fi.ff.de ope.no. nuucia. Tamen ea sola ratione mouentur ne sic res iret extra familiam.& ita nõ ponderant personalitatem beneficij sicut Io.Fab.vbi supra. Accedat qđ in simili dicit de prebẽda theologali que sic est affecta theologo ꝙ alius non eo modo qualificatus eam habere nõ potest.de quo vide late cõcilto Basiliẽsi in titu. de collatio.§.& quotiens inver.alie.Et notanter appellauimus aliqua ex priuilegijs primogenit ure personalia:quia nulla personalissima sunt vt vtar theorica Bal.in.l. vnica.C.de priuile.do.col.iij.& seq.vbi dicit ꝙ priuilegium personalissimum est illud ꝙ nõ potest transferri a patre in filium.vt.l.nõ solum.§. si puella.ff.de rit nuptia. Potest etiã exẽplificari in priuilegio ꝓcesso patri de interficiẽdo adultero per.l.graccus.C.ad.l.Iul.de adulte.ꝙ non transit in filium nec trãsmittitur vt nota.tenet Bal.& Ludo.de Roma.in.l.si quis in graui.§.j. ff.ad sillanianum. Hoc autẽ priuilegiũ aut beneficiũ primogenit ure non est huiusmodi quia transmissibile est de patre in filium vt est videre in filio primogeniti qui preferẽ patruo in successione aui vt supra latissime deduximus.

De cõsuetudine retractus.

De ꝓbẽda theologali

Priuilegiũ ꝑsonalissimum.

¶ Quantum autẽ ad fundamẽtum Bal.supra relatũ ꝓ gebelinis dic ꝙ regula assumpta ab eo intelligi debet quando illa qualitas preeminentie non est cessibilis:quia in illis terminis loquitur Bal.Vel dic secundum Albericũ de rosate in ꝑ.ffor.§.discipuli col.iiij.ꝙ ꝑsonalia beneficia extinguñ cum persona qñ ꝑsona est causa immediata priuilegij:sed quando nõ est immediata sed alia puta etas vt primogenitura secus & vide ibi eum in indiuiduo.

¶ Questio secũda.

¶ An regnum ad primogenitum iure sanguinis vel hereditario transferatur.



Veritur. Vtrum filius primogenitus succedat in regno iure sanguinis vel hereditario. hāc questionē tangit Oldradus consi. xciiij. Licet non in indiuiduo tamē quid sentiat satis ex dictis clarissime elici potest: ibi enī querit. Vtrum sententia cōtra patrē lata p̄iudicet filio primogenito: q̄ si sit heres certum est q̄ sic, quia heres tenet de factis predecessoris si iure sanguinis tantum Sec⁹ & Oldra. vbi supra tenet q̄ veniat ad regnum iure hereditario. & hoc discutit col. iiij. & tribus sequētibus. & eius cōsilium quasi ad verbum refert Albericus de rosate in .pe. ffcr. §. discipuli. col. v. & seq. Et repetit idem Albe. in. l. fina. C. de donatio. inter vi. & vxo. Ex dictis igitur Oldra. faciemus sex fundamēta ad ostendendum q̄ regnum iure hereditario transferatur ad primogenitum.

Noue obligatiōis introductio nō est antique actōis extictio.

¶Primum: quia quotiens lex noua obligationem introducit super eo facto super quo vetus actio competebat nisi nominatim caueat vt ea sola actione vtatur etiam veteres cōpetūt actiones. l. quotiens. ff. de actio. & obligatio. nec iuri veteri in aliquo derogat. vt. l. fina. C. de sepul. viola. Modo sic in ꝓposito licet iure consuetudinario detur prerogatiua primogenito vt excludat ceteros filios: non tamē tollitur ratio naturalis, quia filius vocat ad hereditatē patris. vt l. cū ratio. ff. de bo. dānato. & l. scripto. ff. vnde liberi in autēt. co de triente & semisse. §. hoc nos l. fina. C. quorum bono. cum similibus cum sit ius naturale imutabile. §. sed & naturalia. instit. de iure naturali gētium & ciuili. Et ita iuri filiationis nō debet nocere ius primogeniture sibi additum. arg. l. j. §. fina. ff. si quis fuerit a paren. manumis. Semper enī illud ius succedendi qd debetur precessit ius cōsuetudinariū, & ita tolli non dicit per regulā preassumptam.

Dispositio exclusiua non est noui iuris introducti ua,

¶Secundo: quia dispositio iuris inducta ad aliquorum exclusionē iuris noui collationē non operatur. l. ex facto. ff. de heredi. instituē. l. legata. ff. de leg. j. l. cum tante. §. fina. ff. de conditio. & demonstratio. Talis enī exclusio fit vt quando certe persone dignitate aliqua excluduntur sicut in simili habet i. l. vt gradatim. §. & si lege & l. rescripto in principio. ff. de munerib⁹ & honoribus: nō enī magis alicui nouum ius confertur, ꝓ quo est text. in. l. si quis ita heres instituatur. ff. de heredi. instituen. vbi habetur q̄ si testator in suo testamēto dicat: Si talis nolit esse heres tu heres esto quāuis legitimus heres virtute horum verborum institutum excludere possit: nō tamen ipse legitimus admittitur virtute testamēti, sed ex iure primeuo sibi competēti ab intestato. ad hoc in simili tex. in. l. luci⁹. ff. de heredi. instituē. cum pluribus similib⁹. Ex hoc infert q̄ filius primogenitus est heres patris iure primeuo. Non autē ex iure subsequēti cōsuetudinario scilicet excludēte alios filios.

Quē non honoro grauare non possū

¶Tertio quia eū tātū in vltima voluntate grauare possum q ex ea sentit commodum. C. de fideicommis. l. ab eo. l. j. §. sciendum. ff. de leg. iij. Sed filius primogenitus potest a patre grauari adeo q̄ nisi onus sibi iniunctum adimpleat potest regno priuari & ad filium minorē transire c. licet extra de voto. ergo sequitur q̄ iure hereditario regnum ad ipsum pertinet

¶Quarto: quia ea que filio viuēte patre querūtur retinet filius post mortē patris etiam si eius hereditatē repudiet. l. si quis prioris. C. de secūdis nuptijs nota. in. l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberādi: sed certum est q̄ si mortuo patre rege primogenitus repudiaret hereditatem patris mox regnum deuolueretur ad secūdogenitum. l. j. §. assignare. l. iij. §. j. cum duabus ll. seq. ff. de assignan. liberta. & in titu. an filius vel agnatus defuncti. c. j. in vsibus feudorum. & l. j. §. qui similē. ff. de successorio edicto: ergo pertinebat regnum ad filium quia est heres patris alias repudiata hereditate adhuc admitteretur. ¶Quinto: quia si primogenitus caperet regnum siue alias possessiones iure primogeniture vt oīno es alienum sibi debitum a patre & eo modo quo filius capit materna vt quidā sentiebant, pater non posset ex causa primogenitum regno priuare, & secundogenitum preferre. Tamē hoc est falsum ex his que habētur Geneſis. xliiij. & Paralipo. ca. v. vbi Rubā quia violauit thorum patris priuat⁹ fuit iure primogeniture. Habet etiam tertij Regū. j. q̄ Dauid pretulit Salomonē Adonie filio suo primogenito: de quo infra latius dicemus.

¶Sexto & vltimo: quia si iure sanguinis & nō filiationis deberetur regnum primogenito eadem ratione vnusquisq; de genere admitteret quod esset absurdissimū. Causa ergo quare admittatur primogenitus est: quia filius & primogenitus. & sic nō a sanguine aut genere illud habet: sed a filiatione & iure hereditario que sunt immediata causa ad transmissionē regni. Nec obstat lex. iij. ff. de interdic. & relega. quia pot⁹ pro hac parte faceret. Ibi enī dicit q̄ prouenētia a patre adimuntur liberis per amissionē ciuitatis. Que vero a genere tribuuntur non adimūtur: ius autem istud primogeniture quo he/

reditas patris ad eum ꝓuenit a patre iure filiationis prouenit vt dictum est. & ita per hec concludit Oldra. vbi supra ꝙ si feratur sentẽtia cõtra patrem primogeniti per quam fieret regni diminutio tenetur filius ei acquiescere si & pater acquieuit.

Qđ iure sanguis regnũ ad secundogenitũ transferatur.

¶ In contrariam partẽ ꝙ immo iure sanguinis & generis videtur tenuisse Bal. in titu. de feu. marchie col. fina. in vsibus feudo. Et ita aliquãdo audiui allegari Bal. per aduocatos regios in curia parlamenti in quadam causa que agebat inter comitem Niuernẽsem dominum Franciscum de cleues. & Regẽ ꝓ summa quadam pecunie donata patri eiꝰ a Rege Ludouico. xij. dicebant aduocati regij Christianissimũ hunc Regẽ Franciscum non teneri: quia regnum nõ peruenerat ad ipsum iure hereditario tantũ sed iure sanguinis, & ita non tenet ad debita predecessoris regis. plures alias rationes assignabant de quibus nihil ad rem, & ideo non curo referre. Sed iudicio meo non fuit intentionis Bal. id dicere si bene attẽdantur eius verba. Dicit enim ibi Bal. ꝙ si moreret tota regia domus & extaret vnus de sanguine antiquo: puta de domo Borbone que forsan tunc temporis erat a corona satis remota: & non esset alius ꝓximior esto ꝙ esset in millesimo gradu: tamen iure sanguinis succederet in regno Francorum, & hoc est inductum non obstante ꝙ in alijs successionibꝰ post decimum gradum admittatur fiscus de iure communi: tñ in regno non potest succedere fiscus, sed ipse sanguis qui perpetuus est. Ecce sunt verba formalia Bal. nunc videat vnusquisq; an Bal. velit ꝙ iure sanguinis tantummodo & non iure hereditario transmittatur ad aliquem regnum. Certe imo tacite contrariũ innuit Bal. qui vult in effectu ꝙ licet in successionibus vltra decimum gradũ admittat fiscus quasi nullus sit legitimꝰ heres nisi fiscus: tñ in successione regni secus est: immo etiã in successione feudi per glo. in. d. titu. de feu. marchie cum alijs allega. per eũdem Bal. & ita nõ negat Bal. immo concedit potius ꝙ transmittatur iure hereditario quod ꝓbatur ex predictis dic. Bal. nunc relatis. maxime quia exceptio debet esse de regula. l. nam quod liquide. ff. de penu legata. gl. est nota. i titu. de regu. iur. in. vj. super rub. & ita ergo vult Bal. ꝙ transmittatur successio talis iure filiationis siue successorio & iure sanguinis: qđ etiã fatetur Oldra. vbi supra. ¶ Petrꝰ de anch. in. c. licet de voto extra hanc questionem mouet in indiuiduo & concludit post Oldra. vbi supra ꝙ regnum ad primogenitum iure hereditario & non sanguinis tantum siue iure ꝓprio,

Exceptio debet esse de regula.

& mouetur fundamentis Oldra. nihil prorsus addendo. Martinus Laudensis in suo epitomate de primogenitura hanc questionem mouet & se resoluit cum Oldrado & Alberico vbi supra. Et si dicatur ius primogeniture defertur ex ꝓuidentia superioris vel ex consuetudine: ergo non iure hereditario. Respondet hanc cõsequẽtiam nõ esse bonam, quod sic probat. Nã feudum debetur ex prouidentia superioris. c. j. §. cum vero. corardus qui feu. da. pos. & tamẽ feudum defertur iure hereditario. c. j. de gradi. successio. c. j. de successio. feu. Et ita clare cõstat consequentiam nõ esse bonam.

Martinus Laudẽsis.

